



*Gio Batt<sup>o</sup>. Brisson Fecit.*

FRANCISCI  
MARINI,  
N U N C  
EPISCOPI INSVLANI,  
P O E S I S  
HIEROETHICA,  
S I V E  
EPIGRAMMATUM  
SACRO-MORALIUM


*Libri Sex.*

AD EMINENTIS. AC REVERENDIS. DOM.  
D. BENEDICTVM  
P A M P H Y L I V M,  
*S.R.E. CARDINALEM.*



NEAP. Apud Castaldum M.D.C.LXXXVIII.

*Superiorum permisso: Editio Secunda.*



EMINENTISS. AC REVERENDISS. DOM.

D. B E N E D I C T O  
P A M P H Y L I O  
*S. R. E. CARDINALI.*



Rodire jamdiū ges-  
tiens animi devo-  
tio in te mea, Prin-  
ceps Eminentissi-  
me, in suis æstua-  
bat angustiis, eò vivacior, quò  
minus nota. Cùm urgeret se se  
aliquandò, ingentibus stimulis  
excitata, frænum pudor injicie-  
bat.

25

bat. Illud ab obsequio retrahebat externo, præter virium tenuitatem, quod intempestivum impendere quam simile duxerim temeritati. Verum occasionem undecumq; depositi prosperimè contigit, deque animi sententia factum est, ut FRANCISCI MARINI, Pontificis Insulani, meique germani fratri, faveret tandem latina Poësis. Ad manus habui, ex industria clama sublatam; quod ipse justo severius scrinioli tenebris manciparat. Ea nihilominus est, quæ suo numero, suaque elegantia nulli veterum prorsus concedat; tanti enim facere optimos quosque accepi, qui que Poësim in penetralibus, non de vestibulo salutarunt. Itaque typis committere, atque adeò publica luce donare decre-

vi; efflagitantibus præsertim usque ad fastidium Amicis . Cui foret nuncupanda nil anceps fui; suo siquidem jure vendicabat sibi E.V. Quidni è tantum juris in me habet summa authoritas tua, tantumque in Authorem ipsum , quē singulari semper humanitate fovere ( ipsomet palam ; nec semel obtestante) non es unquam dignatus. Patrocinium porrò non aliunde experendum erat, quam à Principe , qualem te admirantur , qui magis Minervæ, quam fastui litas: qui divitias facis sapientiæ vestigales: quem litterati omnes, bonarumque artium cultores, & præsidium experiuntur, & dulce decus. Nè quis aurèm dubio laboret, suam Romana Pallas obstringat fidem. Nam cùm Te aliquando , vix

prima florentem adolescentiam,  
comperisset in publicis, tūm Philosophicæ, tūm Theologicæ disciplinæ concertationibus, argutè differere, suum agere strenuè Athletam, obiectorum tela admirabili ingenii alacritate retundere, stupere omnes, totum sonare plausibus Athæneum; in Te uno visa est, suo veluti in Capitolio, triumphare. Lubuit interdum ex Athenarum Platano ad Pindi lauros efferre pedem; scijicet ex Philosophiæ senticetis ad Musas divertere amœniores; ne c enim indè parùm accessit ornamenti severioribus, quibus imbutus es, disciplinis. At qua laude, obsecro te, qua gloria? In Testem adhibeo celeberrimam Humoristarum Academiam, quæ Te moderatore, Te Principe,

sane

tantum nitoris ; tantumque dignitatis obtinuit , ut veteri non inviderit Academix . Hic suum Musæ Apollinem adinvenerunt ; nec puduit tot viros , humanioribus literis alioquin excultos , tuo , licet adolescentis , exemplo , eruditiri , tuæque ad Lyræ numeros sua carmina meditari . Quare inter alios , cæterò qui sublimes , eminuit ingenii tui propè divini acumen , expressitque inter viburna cupressum ; virtus eluxit ,  
..... *velut inter ignes*  
*Luna minores.*

Et hinc est non levis dicati muneris ratio ; alioquin quod lippis foret è pictis tabulis oblectamentum ? surdis è lyra ? Sinas Igitur , Eminentissime Princeps , Heliconias hasce gemmas , in libellum colligatas , inclyto No-

mi-

mini tuo inscribi, tuisque à radiis  
lucem auspicari. Eo præsertim,  
quod hæc Poësis, cùm HIE-  
ROETHICA sit, nil redoleat,  
præter sacrum, præter morale.  
Index animi calamus, quo quis  
dum scribit suos graphicè mores  
exprimit in papyro.

Aegrè feret utique Author  
ipse, suam Poësim in lucem edi,  
tenebris jam devotam; etenim  
tanquam meras adolescentiæ nu-  
gas rejecerat tineis, blattisque  
depascendas. At nihilominus, nè  
mihi irascatur, faciet ranti Patroni  
delectio, quo majorem libello  
suo optare ipsem haud un-  
quam valuisse. Ita sane. Quis  
enim Tibi, sivè ab antiquo de-  
ducam generis nobilitatem; sivè  
excelsæ indolis tuæ contempler  
prærogativam, erit unquam com-

parandus? Atqui de immortali  
Majorum tuorum gloria aliquid  
calamo delibarem, si vel opus  
esse dignoscerem, vel daretur  
imbecilli. Et re vera quis tam  
inanem det operam, ut diem illu-  
strare contendat verborum splen-  
dore? Revereri igitur consilium  
est, silentii religione. Cum præ-  
cipuè præclara eorumdem faci-  
nora satis commendet veteris hi-  
storiæ fides. Si quis autem auda-  
ci fortassè obsequio PAMPHY-  
LIÆ Gentis innumeros penè vi-  
ros, ad summum honoris apicem,  
summa virtute proiectos, Roma-  
næ nobilitatiq; maxima decora,  
recensere velit, faciliori negotio  
arenas in Lybico litore numera-  
bit, Stellas in Firmamento. De-  
fuerit, fortunæ invidentis crimi-  
ne, Corona, defuerit Sceptrum;

non defuit sanè Coronæ , vel  
Sceptri capacitas. Quamquam  
nec defuisse advertet, si quis, præ-  
ter amplas Civitatum , atque  
Oppidorum ditiones, supra Re-  
galem fortunam Pontificios ex-  
pendat Camaros. Hic tamèn  
opportunè subit , calamumque  
intercipit , aliò properantem In-  
nocentii X. Patrui tui magni, fe-  
lix recordatio . At præstantiores  
in eo virtutes , nemo explicare  
pro dignitate possit. Singularem  
eius pietatem Sacrae Basilicæ  
commendat admirabili artificio,  
vel funditus extructæ, vel impen-  
siùs exornatæ . Justitiam adeò  
coluit, ut scelestos homines, per-  
ditosque usque ad extermínium  
fuerit insequutus . Fatendum ta-  
mèn, quam sàpè justitiae rigorem  
(quod optimi Principis est ) dul-

core misericordiae temperasse.  
Mirum est, qua sollicitudine ani-  
marum salutem expetiverit: quo  
studio contendenterit vitia profi-  
gare, virtutes promovere, Eccle-  
siasticam restituere disciplinam.  
Qua prudentia Regum dissidia  
composuit! Animos qua charita-  
te devinxit! qua maiestate deter-  
ruit! Quid plura? in tuendis Ec-  
clesiae juribus totus fuit; Petriq;  
navigium inter commotas adver-  
santium procellas, ipso clavum  
fortiter tenente, semper emersit.  
At quò imprudens evaseram.  
Tanti Pontificis gloria pro  
Christianæ republica gesta multo  
plura sunt, quam ut quovis elo-  
quentiæ ambitu dici queant. Por-  
rò ego, qui habetes oculorum  
acies tanto lumini figere sum au-  
sus, cæcutire demerui. Ad me-  
tam

tam contendere oportet , quò  
meum ergà Te collimat obsequi-  
um:quò lux tua rapit, quò virtus  
invitat. Necenim ille es , qui à  
fumosis veterum imaginibus lu-  
cem asciscas tuam . In Te uno  
igitur consistam,qui PAMPHY-  
LLIÆ Genti unus sufficis exor-  
nandæ. Nec impudentiæ detur,  
si Te Patronum in primis ambiat  
venusta quidèm , sed præcincta  
dignioris MARINI Thalia; Te,  
inquam , cuius emeritam , licet  
adolescentis , frontem Purpura  
præter morem ambivit . Exci-  
pias tandem , quæ tua est huma-  
nitas , Poëticum , quod obtuli,  
munus; ac patiare , ut lucubratæ  
Vatis Tibi ad dictissimi noætes  
immortali Nominis tui luce cla-  
rescant . Ità proculdubio fiet, ut  
suas livor umbras ingerere verea-  
tur

etur. Cum verò, & clementiam;  
& lenitatem à gentilitia tua Co-  
lumba auspiceris, spem facis in-  
gentem, fore, ut Tibi, cum munc-  
re hujusmodi, quale quale sit,  
probati pariter veniant obsequij  
mei candor, & ambitio. Vale Ro-  
mæ tuæ decus, literarum colu-  
men, literatorum Mæcenas.

E. V.

*Nap. Nonis Novembris*  
*M.DC.LXXXII.*

Humill. Servus, addictiss.  
*Marcus Antonius Marinus.*



# TYPOGRAPHVS

## Ad Lectorem.

Ræfari aliquid in hujus Opella  
vestibulo, nec opus, nec mea est  
facultas, paucis tamèn hic te si-  
stam, Lector perite. En tibi diù  
expetitam *FRANCISCI MARINI,*  
*Pontificis Insulani, Poësim.* Quamvis  
incude formatam, flocci nihilominus  
ipse fecerat, veluti meras adolescentia  
nugas. Atqui ego penes me habui, fur-  
tim scriniolo ablatam; quòd licet in te-  
nebris, adamantis instar, sua se luce  
vulgarat. Adeas igitur; supercilio ta-  
mèn

mēn explicato: Quidni? suos habet acme-  
leos, sed ad pietatem excitantes: elegan-  
tia mores instruit, venustas componit.  
Adeas plausu. Ludentes hic habes Ven-  
neres, Charybesque; sed precinctas, sed  
lascivire dedoetas. Seria nimirūm lu-  
dit. Ergo collimasse, ultrò fatebitur gna-  
rus quisque;


Omae tulit punctum, qui miscuit  
utile dulci.

Caterūm (quod meum in primis erat)  
id quām sedulō curavi, ut men-  
dis omnibus, quibus prior editio scate-  
bat, expanctis, hac altera, qua auctior  
multò est, omnino cum suo Archetypo  
consentiret; præsertim cùm Author ipse,  
emunctissime proculdubio naris, seve-  
riori calamo castigarit, ad incudens, ut  
ajunt, revocatum. Si quid nihilominus  
erratum (ut hominum est) ipse deprehen-  
deris, qua tua est solertia, corrigas, qua  
tua est humanitas, Lector, excuses. Quis  
enim Typos passim ab erroribus, vel Ari-  
Starchus, valeat vendicare? Quis tām  
acri ingenio, castigatoque judicio est, ut

CUM

dum Homero quandoque non dormiebat  
ret?

Hetruscam ejusdem Poësim si parò  
amicorum solertia surripì detur (ete-  
niam ipse, Aspendii genio, sibi tantum  
cecinis, & Musis) cui pariter juris fa-  
ciam. Sunt & alia utiliores ejusdem  
lucubrations, typis meritò committen-  
da. Interim valeas, ut fruaris.



EMI-

# EMINENTISSIME DOMINE.

P Oeis hæc Hieroethica , sive Epigrammatum  
Sacro-moralium Libri Sex Authorè Francisco  
Marino , nunc Episcopo Insulano , quos jussu Em-  
tuæ attente perlegi , cum Fide , bonisque moribus  
aptissimè cohærent . Quin etiam doctis pariter , at-  
que honestis salibus , omnibusque exulta elegan-  
tiis religiosa plerunque , vel materie , vel sententia  
erudituri solidè animos , dum autibus blandè se in-  
sinuant , summam authoris sui & quæ pietatem , ut  
ingenium commendant . Dignissimos propterea  
censeo , qui non parvo literarum , ac literatorum  
bono in lucem publicam ingrediuntur . Neap. die  
9. Maii 1682.

Emin. tuæ Rev.

Paratiss. ad omne obsequium Famulus  
*Jo: Baptista de Benedictis. Soc. Iesu.*

I N Congregatione habita coram Eminentissimo  
Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo  
Neap. sub 3. Julii 1682. fuit dictum , quod stante  
relatione prædicta Imprimatur.

S. MENATTVS VIC. GEN.

*Joseph Imp. Soc. Iesu Th. Em.*

Iul-

**I** Uffu Excellentiæ Tuæ legi attentissimè librum,  
cujus titulus est: *Francisci Marini nunc Episcopi  
Insulani Poësit Heroetica , sive Epigrammatum Sacro  
Moralium Libri Sex* Et nihil in illo-inveni adversans  
Regali Jurisdictioni , imò illum plenum salibus,  
eruditione, & lepore , Unde imprimi posse censeo,  
si Excellentiæ Tuæ videbitur, cui pedes deosculor,  
& Nestoreos annos deprecor . Kalendas Januarii  
**M.DC.LXXXII.**

**Humillimus Servus.  
Blasius Altimarus.**

**V**isa supradicta relatione imprimatur , & in publi-  
catione servetur Regia Pragm.

**CARRILLO REG. CALA REG.  
JACCA REG.**

**P**rovisum per S.E. Neap. die 28. Februario 1684.

**Mastellonns.**

**FRAI**





A D  
M A I O R E M  
D E I  
G L O R I A M.

---

Non ullum venor vigilato è car-  
mine plausum ;  
Vana nec argutæ sibilat aura  
Lyræ.

TRINE DEVS , Tibi concini-  
mus; Tibi splendeat VNI  
Gloria ; & hæc numeris metæ  
suprema meis.



A

P R O

# PROGRAMA.

## LIBRI I.

**S**cimus. Quām breve metienda passū  
 Vita est. Particulam quis addat hora,  
 Nē scriptam feriat citata metā?  
 Decurrit citò, nec recurrit evum;  
 Franari indocilem, tenere cursum,  
 Nec vis Mercurio lyrā potenti.  
 Nos ergò fidibus, parūm disertis.  
 Venemur decus insolentis aure,  
 Reputnam, dubia aleamque fame?  
 Si nos, nostraque jure mors reposcit:  
 Si cognata neci, vel ipsa vita est:  
 Frustrà Pierium mónet laborem  
 Faecularva suis. Camena cultis  
 Non haec à numeris inanè querit,  
 Non hac innuit impetranda Phabns.  
 Sed quò Pegaseo minaris arca,  
 Inquis, Bilbilico jocaris cæstro?  
 Fortuna malè pertinacis iram,  
 Ut longūm fero, ni domare detur,  
 Deridere juvat, sonante plectro:  
 Sin cautes propè cantione pulsem:  
 At cur è minus imperent moleste;  
 At lethum veniet minus timendum.



FRAN-

# FRANCISCI MARINI

N u n c  
EPISCOPI INSULANI  
P O E S I S  
H I E R O E T H I C A;  
S I V E  
E P I G R A M M A T U M  
S A C R O - M O R A L I U M  
*Lib. I.*

---

## I.

### A D INNOCENTIVM XI. P. OPT. MAX.

*De armis inter Catholicum, & Christianiss. Regem componendis.*

O Pater, & Princeps, ter magne, ter inclyte, rerū  
Arbiter, & vivax Urbis, & Orbis amos:  
Audin quæ Siculis incendia misceat undis  
Mars? Audin quanto Scilla furore latet?  
Dis per Zanclos laxavit Alastora campos;  
Classica sed nobis exitiale strepunt.  
Discrimē commune. Graves tu comprime flamas;  
Armaque consertas ponere coge manus.  
Ut simul adversi coēant in fœdera Reges,  
Ite tuam jubeas, omine pacis, Avem.  
INNOCVAM post hac AQVILAM mirabitur Or-  
Fuimine bellates expoliasse Iovem. (bis.)

A 2

C 2

I. I.

C A R O L O II.  
 AVSTRIACO  
 Hispaniarum Regi.

*Ut sua Regna susciperet' mode-  
 randa.*

Austriacæ spes alta domus, flos inlyte Regum;  
 Cara Dco soboles, maxima cura Dei;  
 Cum te fata vocent, Orbis cum flagitet ardor,  
 Ambiat & meritas ipsa Corona comas;  
 Sceptra subi; quid vota diù communia differt?  
 Laurigeris habiles fascibus inde manus.  
 Imperiis assuesce Puer. Quæ denegat ætas,  
 Asciscit Virtus, vendicat ingenium.  
 Si tamèn, Hesperii magnus diadematis Hæres,  
 Illud in augusto crine micare sinas;  
 Cùm pia in Odrysias exciveris arma phalanges;  
 Lambet adoratos barbara mitta pedes.



S.E.-

I. I. I.

SERENISS. MARIANNÆ  
DE AVSTRIA  
Hispaniarum Reginæ,  
Regisq; regnantis inclytæ  
Genitrici.

Hesperiae sublime decus, quam novit Alumnam  
Gloria, vel cunis ardua, vel thalamis;  
Iam tua tergemino domihatur dextera Sceptro,  
Semideum Proles inclyta, Sponsa, Parens;  
Prona tuos passim reverentur classica nutus;  
Ipse Tibi gemmas educat Oceanus.  
Sint excelsa licet, sint hæc illustria; maior  
Surgis, & ingenitis expertis astra bonis.  
Par solio virtus, & inexpugnabile cordis.  
Robur, quo Fastum, magna Virago, domas;  
Blanda supercilii majestas: indita pulchro  
Vis ori; undè animis dulcia castra locas:  
Augusta sub fronte Venus, sub pectore Pallas,  
Conjurata piis utraque consiliis;  
Hæc Dominam faciunt: hæc te, Regina, coronant;  
Hæc tua, Conspicua cætera sortis erunt;

I. V.

Magi ad Infantis IESV  
Pedes procumbentes.

**E**xtrémis, divine Puer, properavimus oris,  
Quà níctidum nobis lux tua fecit iter;  
Nec venisse labor, nec semita lusit euntes;  
Cum via tu fueris, tu quoque meta viæ.  
Pro merito exiguum ferimus; majo raque ferrim  
Nec potuere homini, nec potuere DEO,  
Addideris pretium, placidam si munera frontem.  
Si dominas poterunt emeruisse manus.

V.

De Puerò I E S V  
in Praeſepc.

**C**uius inacceſſà ſolium de luce coruſcat,  
Et ſolido ſurgunt ex adamante domus:  
Sidera cui rutilant: æther cui purior ardets:  
Qui pelagus fervet, & cui pendet humus:  
Hic hyemis patiens, tuguri ſub tegmine, gaudet  
Laetea ſtramineo ponere membra thoro.  
Stringere viſ Puerum? Cot brachia tendat, adoret;  
Sic datur amplexu cordis adire Deum.

In

## V. I.

## In Epiphania Domini.

**S**Acta peregrinos rapiunt Cunabula Reges,  
Quà docet ignotam fulgidâ Stella viam.  
Jàm subeunt,jàm dona ferunt,jàm Numen adorât;  
Jam cedit ad teneros trina tiara pedes.  
Me simûl, alme Puer, tua lux rapit aurea. Pronis  
Ergò meum certet Regibus obsequium.  
**A**st ego quid referam? Cor mystica munera pendit,  
Nil homines cordis munere majus habent.

## V. I. I.

De S. Ioanne Evangelista, qui  
suprà pectus Domini in  
cœna recubuit.

**D**Ormit,& in dulcem laxat sua lumen somnum;  
Nempè suo Dominus dat recubare sinu.  
Quis morti putet affinem, si noctare sparsus  
Aetherio, ad vitæ scenora, somne, venis?  
Dormiat ergò. Quies non pulchrior ulla. Joannes,  
Dum somno premitur, altius iridè volat.  
Somnum carpe tuum,cælique arcana sopitus  
Discas, quæ valeat discere nemo vigil.

## V I I I.

De Eminentiss. Domino  
F. VINCENTIO MARIA,  
S.R.E.CARD. VRSINO,

*Cum primum hereditario Gravine Du-  
catus, ac seculi fastu abdicatis,  
Dominicane familie addi-  
ceretur.*

**Q**uis fera bella movere? Fastus, Venus, Aula, Volu-  
Mōstra quis hęc audax experiatur? Eques (ptas.  
Quis tamē ille? pius. Nomen? Victoria nomen  
Indidit. Est palmæ laude potitus? Erit.  
**U**ndē Genus? Priscis fama est deducere Teuctiss;  
Hinc Romana suum vēndicat Ursa decus.  
**A**t nova quis belli præcepta reclusit? Aquinas;  
Instruit is tenera sternere monstra manu.  
**C**ujus signa Duci s? MARIÆ. Quibus edomet armis  
Hostes? Contempta. Quā simul arte? Fuga.  
**J**am fugit. Amplexu genitrix non detinet? Almus,  
Vincula qui ne&dit, vincula rumpit Amor.  
**E**rgo petit sacros, jam tutus ab hoste recessus:  
Fulmineo Custos hic latrat ore Canis.

I X.

E I D E M

Cum dignitatem Cardinalitiam  
constanter recusaret.

Durum bella scopum repetunt. Hæc ingerit ho-  
Quà sibi visa novis rima patere dolis. (stis,  
Jàm propè congregitur. Tua dùm cōstantia pugnat,  
Subdola pelliciens arma ministrat Honor.  
Fracta sed arma cadunt. Meritos ter Purpura crines  
Ambiit; ambitis terq; repulsa comis.  
Cedere sed jussus devinceris : Ergò triumphum.  
Cum tu desieris vincere, vinctus agas.

X.

D E E O D E M,

Cum de Sede Archiepiscopali  
Sipontina in Episcopalem Cē-  
senaten. foret honorifice  
translatus.

Erubuit Rubicon transve&am Cæsaris iram,  
Subdere qui patrii Tibridis arsit aquas.  
Prospéra sed veterem delerunt fata ruborem;  
Dùm sacri angustus Principis Ostra rubet.  
Cæsare jàm tumidus patriæ transvexerat hostem.  
Nunc meliore pium transvehit amne Patrem,  
Quid ni? Cæsareum vincit Vincentius ausum:  
Dùm Stygi, apostolico labore, bella parat.

A

De

## X I.

De S. Maria Magdalena.

Ad Christi Domini pedes  
opplorante.

**A**sidiuos urgent torantia lumina rivos,  
Unde hausere suas plurima corda faces;  
Ait oculis quæ fusa piis it lacryma, tandem  
Ad Domini evadit fulgida gemma pedes.  
Crine legas ergo concretas, Magdala, guttas;  
Nam decet auratas addita gemma comas.

## X I I.

De S. Stephano Protho-  
martyre.

**O**bruitur lapidum fusis in tempora nimbis:  
Nec virrus rigida grandine vita cadit.  
Cos probat obizum, fuerit si Lydia. Divi est  
Aurea millena cote probata fides,  
Aggerat arma furor, jactis de cotibus. Heros  
Tet lapidum nixus mole, sub astra salit.

De

XIII.

De S. Stephano Protho-  
martyre.

Mille<sup>n</sup>is petitur saxis, millesaque tandem  
 Constantem nequeunt rumpere saxa fidem.  
 Quæ tamèn innocuum eos elicit aet<sup>a</sup> cruentem,  
 Saucia per Divi tempora gemma venit.  
 Ergo saxa rotet Solimæ gens effera; Divo  
 Vicitrices ornant saxa rotata comas.

XIV.

De S. Stephano.

*Ecce video Cælos apertos; &c.*

Grandine dum rigida petitur, dū pectorē constat,  
 Aurea certanti panditur aula poli.  
 Scilicet ut pateat meritis ea scena triumphis,  
 Empyreas rumpunt saxa vel ipsa forces.



A 6 De

## X V.

**De Lothi Vxore,**

**In Statuam Salis mutata.**

**I**Am Sodoma ultrices pascebant mæsta favillas,  
Irato cùm se proripit igne Lothus.  
**U**xor erat comitata virum; conversa retrorsum  
Dicitur aspectis diriguisse focis.  
**I**n solidum stupefacta Salem discessit at illi  
Non fuit in toto corpore mica Salis.

## X V I.

**De ejusdem metamorphosi.**

**F**ugerat ultrices monito cum conjuge flammis,  
Dùm Sodomæ infandum plebitur igne nefas,  
**V**ersa Palestinis immobilis hæsit arenis;  
Nam vetitum patrios retrò videre focos.  
Sed quia despuit, salis induit integra formam,  
Onimis insipiens fœmina! serò sapit.



De

## X V I I.

**D**e mirificò Divi Ianuarii Sanguine, Neapoli asservato.

**C**edit funerei flammata superbìa Vesvi,  
Jàm soliti ignitis astra ferire globis.  
Quemque suis unquam Doris non vicerat undis,  
Sanguinis obiecti roscida gutta domat,  
Parthenope plaudat, columen cui Martyr: & ultrà  
Terrificis non expalleat ora minis.  
**P**rodigium! longo concretus tempore sanguis,  
Sæpiùs ad nostram servare visus opem.

## X V I I I.

**I**dem argumentum.

**A**estuat in vitrea conclusus pyxide sanguis,  
Ipsis qui fuerat durior ante vitris.  
Ej, cùm ferali flamas vomit ore Veseyus,  
Cogit in accenso stringere corde faces.  
Aestuet ergò. Graves horret si nauta procellas,  
Sospitat at nostras diva procella rates.



## XIX.


## Idem Argumentum.

**E**N tuor, irreguas Martyr quem fudit in undas,  
Sebethi, aurifluum quo præxit unda Tagum.  
Dùm furit; & lethum portendit in ore Vesævus;  
Fervens ignitam comprimit ipse necem;  
Parthenope felix! æternum vive: beato's  
Vive dies. Vitam sanguine Martyr alit.)

## XX.

## De Semiramide.

**C**riniales pecten dûm findit eburneus undas,  
Fœmineo Babilon deficit imperio .  
Audiit, impatiens, abiecto peccine, surgit,  
Cortipit arma, suas irreligata comas.  
Terribiles longo sic ardent igne Cometæ;  
Sed magè crinitum fœmina fulmen erat,  
Utrique errabant; animosa Semiramis autem  
Vult sine lege comas, non sine lege Syros.



## XXI.

In recentes bellorum tumultus.

**A** Rma strepunt. Actis Bellona superbit in armis,  
Funereas agitans ex Aquilone faces.  
**S**ylda per artonitum pelagus volat horrida. Gaudet  
Mars in cæruleis ponere castra vadis.  
**H**ostis adest, & adest hosti fortuna. Cavendum,  
Nè anabitum feriat missa sagitta scopum.  
**C**æde tumet Rhenus: rubet Ister; at Adria pallet,  
Dùm quatit Ausonios Belgica plaga lares.  
**A**ustriacus cunctatur adhuc; licet expetat Orbis,  
Ut formidata surgat in arma manu?  
Sed vanum ridet facinus. Sic risit in altos  
Juppiter Anguipedum spicula terra Polos.

## XXII.

Absorta est mors in victoria.

**S**Ubdere quę cunctos poterat, Mors audet in ipsā  
Vitam. Vitā nova subdidit arte necem.  
Pastā cadaveribus jacet ipsa cadaver; & umbras  
Auget, pallidior, quām fuit ante, suar.  
Perdita Mors ergo, cum perderet omnia. Viatrix,  
Non bene Vita foret, nimirū vita foret.

CHRI-

## XXIII.

**CHRISTO DOMINO;**  
**Cęcum à nativitate illuminanti.**

I Ngenitam cœco dignatis tergere noctem,  
     Et roseam carpunt lumina tersa diem.  
 Fulgidior jam Sole nites; benè corripit ergo  
     Solis ab aspeſtu nox inimica fugam.  
 O mihi Cimmerias lapsanti, Christe, per umbras,  
     Tu radies; Talpa cœcior Argus ero,

## XXIV.

**Pœnitentis lacrymæ.**

Sæpius irriguis descendit in imbris Aether;  
     Explet & arenem sæpius herba sitim.  
 Nunc, vice mutata, fluit imber, & æthera scandit;  
     Unde suis tellus astra rependit aquis.  
 Nil mirum. Flores, cum depluit unda, rigantur;  
     At lacrymas cœli florida prata bibunt.



Di-

XXV.

Discessus.

Digredimur patriis, Patriā nec linquimus, oris;  
Cum varias carpant pes, animusque vias.  
Non laris illecebræ, culti non ocia ruris,  
Non valet amplexu blanda tenere Parens.  
Digredimur, fas est. Causam fortasse requiris?  
Non fueram Gyago dignus, & exul eram.  
Et quoties animi juvit lenire dolores,  
Ridebant nostram surda theatra lyram.  
Nec Patriam duri nos fugimus: attamen ipsa  
In Patria durum fugimus exilium,

XXVI.

Discessus.

Fata vocant. Fatis quisnam luctetur? Eundum sit.  
Vos patrii, cogor ire, valete Lares.  
Extremas alii remis audacibus undas  
Sollicitent; aut id feras ardet amor;  
Non ea cura ratem mecum concendit. Abimus  
Quæ virtus, & quæ gloria monstrat iter.  
Sic Ithacus Patriis ex cessit finibus. Errat,  
Sed canit errantem fama diserta Ducem.

Ad

## XXVII.

## Ad Maximum.

**V**IVAMUS. Celeris nimirum dilabitur ætas;  
 Et fugiunt nostri, cœù fugit umbra, dies.  
**V**ita hominis teneros effingit ephemera flores;  
 Cum tot eodoratas funeret hora animas.  
**Q**uam fragilis! Minimo nunc vita labore fatiscit;  
 Nunc Amor exagitat, nunc dolor examinat.  
**V**VAMUS. Dubias vitam nè differ in horas.  
 Carpe datam, fallit crastina, carpe diem.  
**M**axime, quò vitam, benè vivas, crede supremum  
 Semper adesse diem, semper adesse Deum.

## XXVIII.

## Campana

Pérandiquum æquè, ac florentissimum in Calabria oppidum.

**O** Re Calasernam Graio dixere; sed indè  
 Mutavit celebrem fama vetusta sonum.  
**C**ampanam vocant, quod sit lætissima campis;  
 Seù quod Campanis ubere certet agris.  
**V**el quia campanæ mores imitata sonantis,  
 Tot yaluit populos erudiisse rudes.  
**V**apulat illa tamèn rigidis obiecta procellis;  
 Temporis hæc duro verbere clara sonat.

Tra-

XXIX.

*Trahe me post te. Cant.*

**N**E te, Chiste, sequar per dura, per aspera, Mūdus  
Formosis retinet corque, animumque dolis.  
Hinc opibus tellus, hinc allicit unda vicissim,  
Illa beata suis, ista superba suis.  
Tùm rerum species, tûm pictæ sidera frontis,  
Et rapiunt oculos, & rapiunt animum.  
Heù quantis captare parant mendacia larvis!  
Nè trahat, aut retine, Chiste, vel ipse trahit.

XXX.

*In Messanam.*

**C**Um vñsana suæ invideat Messana quieti,  
Provocat hostiles in sua damna manus.  
Libertatis amans in vincula sœva recurrit,  
Et rogat è tuo litore naufragium.  
Dira domi clades amplectitur. Ipse procellas  
Portus habet; rigidam Lilia dant hyemem.  
Quid scelus admirer? Sua Mulciber arma ministrat;  
Proxima funereas ingerit Etna faces.  
Scylla doceat rabiem: perfringere jura Caribdis:  
Indignum tellus dissita dissidium.

*In*

## XXXI.

**In subitam Adami, Evæque  
peripetiam.**

**V**ltre sic Regni splendet fortuna? Beatos,  
 Et in iseros pariter viderat una dies.  
**A**t vos qua rapti caditis vertigine? Felix,  
 Qui potis in summo non titubare gradu.  
**A**n leve sopitis dederant insomnia sceptrum,  
 Ut fugiat cupidus larva petita manus?  
**D**elicie minii scænam finxere; sed illas  
 Disperiisse parum, ni meminisse foret.  
**P**ar nimis infelix! Dat parva obsonia malum,  
 Et Regni ingentes depopulatur opes.  
**A**ut gula præcipites, aut ambitus egerit; ambo  
 Discite, nunc homines esse, fuisse Deos,

## XXXII.

**Fatigatus ex itinere sedebat sic  
supra fontem. Ioann. 4.**

**Q**ui vigor est fessus, IESUM via lassat euntem;  
 Ecce fatigatus fontis in ore sedet.  
**S**cisne viæ causam? te, petdite, quærit anhelus;  
 Dùm Sol insequitur, tu tamèn umbra fugis.

Di-

XXXIII.

Divæ Teresiæ , cum domo martyrii desiderio aufugeret.

Quò te, Virgo, rapi? Rigidos rapit ardor in enses,  
Quis cogit vitam fundere ? Cogit Amor.  
E tha! amo fugis in tumulum? Testentur amantem  
Uulnera; nec melior pacta cruore fides.  
Ergò stat ire, mori. Sponsæ tamèn auctior ornat  
Dos , quām Virginem sanguinis ostra penum;  
Cor Mauris votum jaculis non expleat ; Explet,  
Cùm sua vulnificus spicula torquet Amor,

XXXIV.

De S. Carolo Borromæo.

In torto scapulis expressit fune cruentem;  
Et fusæ lacrymis intepuere preces.  
Cumque gradus ferret per saxa, per aspera, nudos  
Sæpè cruentarunt aspera saxa pedes.  
Angelicam pavere diù ieiunia vitam,  
Gemmatis viso discubuisse thoris .  
Inter purpureos amplexus vilia cultus,  
In rigida jacuit semisopitus humo.  
Astra tamèn Carolus rapuit, cùm largus egenis  
( Dignius illud opus Præfule ) sparsit opes.

In

## XXXV.

In Zeusim , immodico risu  
extinctum.

**I**N vetulam pector sua provocat arma , colores :  
Deformem , pulchra sed tamèn arte , linit .  
Porrigit hæc ratos ultra confinia dentes .  
Nigra cutem , rugis aspera , obesa genas .  
Et labrum , & longo mittit palearia mento ,  
Glaucæ oculis , sima naribus , hirta comis .  
Contemplatus anum , laxo sic ilia risu  
Concutit , ut subitam visus obire necem .  
**I**, vitæ fidax ! Risu mors impia fallit  
Heù fatale malum ! fœmina picta necat .

## XXXVI.

## Echò.

**F**Ronte puella caret , nee habet sua forma colores ,  
Ludit vana oculos , ludit imago manus ,  
Lingua deest , novit sed reddere verba loquenti .  
Nescia mæroris mæret , amoris amat .  
Nata procul genitrice , mori mox cogitur . Unum  
Tu stupeas , ubi non est habitare solet ,

Dc

XXXVII.

De S. Agnete.

I Mmanem superat lu<sup>ct</sup>ata Puella Tyrannum;  
Impetac illecebris, fulminet ille minis.  
Funereis jam sæva pyris incendia strident,  
Intentat jam, jam strida machera necem.  
Tam rigida pœnæ nil horret imagine; pectus  
Nullus ab igne quatit, nullus ab ense timor.  
Ipsa metu trepidat tortoris dextera; contrâ  
Provocat ambiguas victima prona manus.  
Ergo moræ impatiens, cunctantibus obvia cultris,  
Dat collum, vitæ prodiga, certa mori.  
Prisca theatra pati nunquam plausere triumpho,  
Terret enim rabidas Agna tenella feras;

XXXVIII.

De Cœco Evangelico.

E Ditus ad lucem, gemina sine luce, tenebat  
Vicinam, JESU prætereunte, viam.  
Pauperis, exclamat, cœci miserere: rogatque  
Hanc, licet urgeret reflua turba, stipem.  
Ecce datum cœco (quis cœco oculatior ipso?)  
Fronte hautire diem, mente videre DEVM.

Ami-

## XXXIX.

## Amico diviti Parænesis.

**E**st vita Oceanus, vastis qui fluuat undis;  
 Quin magis irato fluctuat Oceano.  
 Sollicitant curæ nimbos. Re sospite, posset  
 ire procellosas puppis onusta vias?  
 Tiphys ab ingenio discas. Res abiicit omnes,  
 Et jaëtis avidas, mercibus explet aquas.  
 Naufragium pretio redimit. Sic omnia perdas  
 Ipse libens, unum nè modò perde DEUM,

## XXXX.

## In vanos Fœminarum cultus.

**A**Usoniis postquam cessit ferus Annibal armis,  
 Bellaque de septem conticuere jugis;  
 Rupit fræna pudor, quæ ruperat Oppia; & omnam  
 Fœmina dedidicit luxuriosa modum.  
 Si vanas docuit victoria parta puellas,  
 Pœnum, Roma, Ducem vincere, pœna fuit,



In

## X L I.

## In vanos Fœminarum cultus.

**E**N quò fœminei progesſa licentia fastus:  
 Omnis ab excuto profugit ore pudor.  
 Textile plebzis ardet sub clunibus aurum,  
 Lanaque de Tyriis, quæ bibit oſtra cadis.  
 Sive comis nequant, tereti ſeu vincula collo,  
 Vincula ſunt Erythræ ſplendida furta ſinus.  
 Pendet ab auriculis dotis pars maxima: pars eſt  
 Alkeræ gemmiferæ non ſatis æqua manus.  
 Consule pragmatiſ eadem cum Thaide cyclas:  
 Sunt eadem, Phrygiz, ſtamina, ſudor acus.  
 Barbaricos iacet cultus Aegyptia pelleſ  
 Cerneret Ausoniæ tincta rubore nurus.  
 Quis veuit, rigidas nè stringeret Oppia fasces?  
 Et ſinit effraenum luxuriare netas?  
 Magnanimis utinam contendereſ Annibal armis;  
 Roma quidem ſtarer, fœmina caſta foreſ,



B

Ia



## XLII.

# In Vaticanam Principis Apostolorum Basilicam.

**S**axa vides, duri jaculis impervia lethū,  
 Cognata æthereum lambere frōnte vitrum;  
 Saxa, sed æternum seclis animare stuporem,  
 Saxa, sed Empyreas fīgere docta domos.  
 Nè stupeas. Tantæ Petrus miracula molis  
 Excitat, elatis altior ipse tholis.  
 Quām bene compactam solidō de marmore firmat,  
 Maxime Petre, tuām maximā petta Domum!

## XLII. I.

## De codem Argumento.

**A** Spice, Millenis ædes innixa columnis,  
 Dædaleas torsit tempora longa manus.  
 Jām fugit audaci transgressa cacumine nubes;  
 Jām superos ornat ARX operosa Lares.  
 Quæ tamèn ingentis coeunt in culmina molis,  
 Una docet pietas, una coire fides.  
 Arx Ephesi jacet æqua solo: jacet ardua Solis  
 Machina, Romanum secula vincet opus.

For-

## X L I V.

**F**ortis est, ut mors, dilectio.

**Cant. 8.**

**V**erot, & ardentes non execror uita favillas,  
Cùm peream liquidis esca, beatas focis.  
Igne petor, telisque petor, tamèn ardeo flammasse  
Et sua confosum vulnera pectus aniat.  
Langueo sed tādā, penetrat dūm flamma mēdūm.  
Blanda per angustos expatiata sinus.  
**A**cet Amor, licet almus Amor, jām parce sagittis,  
Parce focis, tenues casperē pīce fibras.  
**A**h morior. Validum quis vincere speret Amorem?  
Heū mors! Heū duræ mortis ad instar Amoris!

## X L V.

**In Diuam Verōificam**

**E**xplicas ea velut, tacra patentia vultu agit:  
Stamina, nec Phrygiae vulnera sonstratus;  
Vindelicō nullus distinxit pectine sudore:  
Nullus Apellea delitus arte color;  
Divinæ venerare tamèn vestigia formæ:  
Ipse suo semet sanguine pinxit Amor;

B 2

Amor

## X L V I.

**A**mico pictori, cùm Authoris  
faciem graphicè deliniret.

**F**los hyemati vitæ; premit importuna senectus;  
Insultatque meis cana procella comis.  
Tu modò præcipites ævi prohibere ruinas  
Niteris, & picto veenat in ore color.  
At quid imago juvat perituriis illata linis?  
Multiplicat nostram multiplicata necem.

## X L V I I.

**A**d Cleopatræ Tumulum.

**H**ic septim gemini Regias miserrima Nil,  
Hic jaceri ac fatum fortior ultra jacet.  
Nè mea Romanos oraret forma triumphos,  
Qua validos potui frangere sspè Ducei  
Despexi. Aetaco jaftata sub æquore, vitam,  
Et sensi indignos posteritate dies.  
Quamque lacessit ualechalc momorderat anguis,  
Anguis o gravis doce memocdit Amor.

... R. A. ... H. a.

In

## XLVIII.

IN S. AGNETEM,  
Subito capillorum profluvio de-  
fensam, cum nuda produ-  
ceretur.

I Mperat exardeps, nudam prodicet, Tyrannus.  
Forti etenim tortus Virgine tortor erat.  
Tormenti species, qua nil crudelius! ergo  
Nudatz suus est maxima pena pudor.  
Sideſta testatur perfusa rubore; vicissim  
Demeruit fusus sidera prona rubor.  
Verticis eccē fluunt, aurata volumina, erines;  
Palla verecundum protegit ista sinum.  
Parthenium celo tunc explicuere triumphum  
Nuda fides nuda in Virgine, nudus Amor.

XLIX.  
Mortis memoria.

S Tulse, quid in longum vitę spē protrahis? Undā  
Labilis impellit unda, diesque diem.  
Quicquid ubique vides, fugientis commonet æui,  
Palla vetus, paries dirutus, arbor anus.  
Nec memoraris adhuc inter mortalia mortem?  
Dexteram aperi, docet hac ipsa, memento mori.

B 3 Lau-

## L.

Laudat D. Helenam Lucretiam  
De Corneliiis Piscopia, Virgi-  
nem Venetam, æquè inge-  
nio, ac genere nobilif-  
simam.

Vlderat amplexus, nix coque inimica pudorū  
Oscula jām plenus Suspicione patet;  
Vidit, & exardens: Quis nostri pignoris, inquit,  
Molles virginēo carpit ab ore rosas?  
Aegida sed noscens, motam mox arguit iram,  
Dulcia delibans oscula Pallas erat.

## L. I.

Laudat D. Valerij Mariam de Leliis,  
Virginem Firmanā nobilitate cō-  
spicuam, ob constantem ejus in  
Religionem ingressum.

Mentitos fronti radios inducere; flores  
Mi Nectee sēpē comispingere sēpē geniss;  
Hæc aliis fuerit vanissima cura puellis,  
Quæ vocat ad studium Cypris amica suum.  
Tu Crucis ad speculum, puris correpta favillis,  
Demetis ense·comas, desiruis imbre genas.  
Sic benè Cælesti nubis pulcherrima Sponso;  
Sicque tuum in Cæli sidera sidus abit.

Jn

## L II.

In Psaltriam, æquè vocis, ac vul-  
tus harmonia præstantem.

A Ethereq solvat conditam rectare vocem:  
Explicit aut roseas conspicienda genas;  
Humanæ transgressa procùl confinia laudis,  
Hinc Cæli Siren, inde relata Venus.

Est anceps, animos qua dote potentior urat;  
Sic validas urget voce, vel ore faces.  
At me, præpétibus quæ tollat ad æthera penas,  
Forma pudica viam, voxque canora docet.

## L III.

In mortem Artemisij Gentile-  
schiae, pingendi peritissime.

Sæpius in piis Charites risere tabellis;  
Sed magis in pulchris eniuere genis,  
Arte illic, vivum dedit hic natura colorem;  
Mæsa dæternunt; sed nimis ista brevem.

B 4 Ex

## L I V.

## Ex tonitruo moralitas,

**C**eras, ut intortis excandeat ignibus æther?  
 Audin, horrifono ut murmuret ore polus?  
 Scilicet innumeris humana protervia noxis,  
 Aufa giganteas applicuisse manus;  
 Ipsa læcessitum jam cogit ad arma Tonantem;  
 Justas ipsa manus incitat, ipsa minas.  
 Vox est alta Dei tonitruo; expurgiscere. Calumna  
 Dùm sonat, iratum crede tonare Deum.

## L V.

## De S. Sebastiano.

**Q**uam sera de duro præbet spectacula truncos!  
 Figit, an impavidum munit arundo latus?  
 Munierat quondam, cùm Martia castra sequens,  
 Hostibus à fusi digna trophyæ tulit.  
 Nobilior juveni modò plaudit adores; peccus  
 Infonsam jaculis dùm facit ipse scopum.  
 Jam bibat innocuum contorta sagitta cruentem;  
 In palma pretium vulnera miles habet.

In

## L V I.

## In Divum Petrum de Alcantara.

**Q**uâ stimulat pietas, per montis inhospita persgit  
 Gloria Callaici non obitura polj.  
 Sed ruit interea, nivæ quoque Diespiter imbre  
 Sævit, & en totum nix gravat alta solum.  
 Nec tamèa obtutus. Suspenso fornice, miram  
 Fidenti ædificat nix operosa domum,  
 Miraris? tandem mirari desine. Petri  
 Flagranti fugiunt à charitate nives.

## L V I I.

## Idem Argumentum.

**L**ax a pruinosis defævit Juno procellis,  
 Et nudam niveo vellere vestit humum.  
 Aspera sed Petrum, montis per culmen evanescit,  
 Vexat hyems, & nix obruit alta caput.  
 Mox tamèn æthereas, cùm nutrit ipsæ favillas:  
 Surgit in elatam, cedere jussa, domum,  
 Jam virtute minor Galilæus cedat Ibero:  
 Algeris ante focos, ardeat hic ante nives.

B 5 In

## L V I I I.

In Lazari obitum.

*Et lacrymatus est IESVS.*

I Niegat extremas vitez transigerat horas,  
Jàmque erat, imposta, quatriduanus, humo.  
Christus, ad extinti lacrymabile funus Amici,  
Ingenitus & lacrymas excipit urna pias.  
Mox revocat manes. Sonno velut excitus, auras  
Ad superas iterum; morte stupente, reddit.  
Felix! Ut possint revocari ad lumina tantis!  
A lacrymis, cuperent astrâ vel ipsam morti.

## X I X.

Beato Ioanni, cui à DEO cognoscere  
mentum, Sanctissima VIR-  
GO animam jàm agenti  
sudorem abstergit.

S upremo languens confligit agone. Triumphi  
Jàm dubius certam sentit adesse necem.  
Mater adest; etenim clementia Virginis hora  
Non solet extrema destituisse suos.  
Ergo laborantem solatur amabilissimè; inde  
Sudatam properat tergere frontis aquam.  
Quis neget obsequium, quis, VIRGO, recusat amore,  
Si brevis est tanto dignus honore labor?

De

## L X.

**De Iosepho Patriarcha.  
Pudor in fuga tutus.**

Quid est, Ioseph? Rosea quid pallat gena?  
 Quæ monstra terrent? quòd te rapis citum?  
 An Africanis Aula par est saltibus,  
 Iniqua fœtus usquè monstrosi parens?  
 Quid est, quid est? At en Ephebus, pallio  
 Fugit reliq; monuit ut fugam pudor.  
 Cautum pudori benè. Stat in fuga salus.  
 Petulca quāni puella, dūm Cupidinjs  
 Furiavit cestrum, virus aut mentem abstulit,  
 Nil turpius; ferociotis indolis  
 Non Lernā monstrum, non Avernus educat.  
 Utraque flammas luce frontis excitat,  
 Ut risque turpem facibus intentat necem.  
 Ergò citatos indè gressus corripit  
 Sagax, herilem ludit & proterviam,  
 Effrænis igni ninguidus libidinis.  
 Sic & Dionem more vincit Parthicos;  
 Contagiosum nec reposcit pallium,  
 Quod impudica manibus infecit suis.  
 Adulta virtus! Imperantis fœminæ  
 Non ira, non illecebria, non truces minæ,  
 Castam valent mollire pertinaciam.  
 Amoris effrons aperit hæc incendium;  
 Hi calbicantes obiicit cordis nives,  
 Ac terga vertens expeditus aufugit.  
 Victor, id, Joseph! Scande jàm Regis thronum:

B 6

Quia

Quia i, supernis effendus plausibus:  
I, cinge fertum castitatis aureum,  
Vel inter astra conserendus arduus.  
Hanc nullus Hydram comudisset Hercules.

## L X I.

## De Iosepho Patriarcha.

**C**oncitus Isiadas livor distraxit in oras:  
Hic fera vixanus bella paravit Amor,  
Servitio addictus dominam jam sustinet. At mox  
Ardet formosum fœmina mancipium.  
Ergo graves aperit succensi pectoris astus;  
Et petet indomitas fax inhonesta nives.  
Fortis ad illecebras referat quæ præmia? Quisnam?  
Sospiti ab insanæ fraude Dionis honor;  
Fit Regi suppæ. Fædo si clauditur anero,  
Surgit in elatum fossa profunda Thronum.



## LXII.

## In Die Cinerum.

## PVLVIS, ET VMBRA.

PULVIS es: at rapido mortis dispergeris euro :  
 Umbra; sed hæc levior quam levis umbra fugit.  
 PULVIS es. Hinc vitæ fragilem tu coniice florem.  
 Umbra; sed exortos hæc necat umbra dies.  
 PULVIS, & affiduis moliris fata ruinis :  
 Umbra, & cognata pasceris usque necem.  
 PULVIS adhuc audes obsistere sordidus astris ?  
 Umbra, tamèn lucis picta colore , tumes ?  
 Fastum pone tuum; quid pulvis, & umbra superbiat  
 Pulvis, & umbra, tuum pone supercilium.

## LXIII.

## Ex Cicindela moralitas.

Vidi ego nocturnas adamata micare per umbras;  
 Cepi, & mentito lumine, vermis erat.  
 Heu quam sapè malum pulchra sub imagine fallit  
 Fucata quoties fronte fefellit Amer!  
 Lampyridi fugitiva parem mihi gloria lucem  
 Fundit, Mortalis sic mihi lycet honos.

et

De

## L. X I V:


**De Christo Sotere.**  
*Inclinato capite, emisit spiritum.*

**V**erbera perpessus, ludibria, vulnera, tandem  
 Cogitur infandam Christus obire neçem.  
**D**ùm moritur, bifido pendens è robore (mitum !)  
 Languida deciduus lumina figit humo.  
**T**àm sava de cæde Parens irascitur : ergo, dicitur  
 Ne iratum videat, decidit ore, Patrem:

## L X V.

**Ad illud Christi Domini, de  
 Cruce pendentis, SITIO.**

**A**h sitio clamas ! Arentibus humida labris  
 Tellus trigesimas deproperaret aquas ;  
 Sidera depluerent satiatos neftare nimbos:  
 Ferret opem, posita, Doris, amaritie.  
**M**acrurus iamèn. In teneros, finea lumbas sonores  
 Rumpite; nam lacrymas, dùm ficit ille, ficut.



In

## LXVI.

In Christi Domini morte.

*Sol obscuratus est.*

**C**immeris, heu, terra tremes involvitur umbris;  
Sol fugit, & medio rumpitur axe dies.

**Q**uid monstri? Extremos patitur natura labores;  
Aut subit infandam lucis ortigo necem.

## LXVII.

Tulerunt lapides, ut jaceret, &c.  
Iesus autem abscondit se. *Io: 8.*

**Q**ui sua flammanti jaculatur fulmina dextra,  
Fulmina nunc lapidum coniicienda timet.  
Audeat hęc hominū scelerata protervia Christum  
Qua stravisse putas impia monstra manu?  
Os abdit roseum, fulgent quq sidera; vindex  
Id gravior, faciem quod negat ipse suam.

## LXVIII.

In Christi Soteris ortum, &  
occasum.

**V**ix oritur Christus, media Sol nocte refulget;  
Vix moritur, medio condititate dies.  
**H**inc veritas, vel mea origine Sol regit inertes,  
Christo oriente, diem Christo obeunte, necem.

In

## L X I X.

In mortem præmaturam Sigis-  
mundi Cardinalis Chisi, qui  
ultimo Aprilis ultimum  
vitæ obivit diem.

**O** Bruimus lacrymis. Hyemem mors excitat atræ,  
Chisi, tua, & rapido turbine corda ferit.  
Mors tua Purpureuni viduavit luce Senatum,  
Et primum rapuit mors tua delicium:  
Ausonius tecum meritò decessit Aprilis;  
Florens Ausonia tu decus Urbis eras,  
Heù mors! At mortem quis non à crimine solvat?  
Decepta ingenio, credidit esse seneam.

## L X X.

In mortem ejusdem.

**R** Oma quid in lacrymis? Raptū sibi deflet ocelli:  
Nam Chisius Romæ cor, & ocellus erat.  
Sigismundus obit? Generosum perfida florem  
Mors carpit, tota hinc servit in Urbe dolor.  
Vix fato cessit Romæ constantia. Tandem,  
Quis pusio? ingenio fracta dolore cadit.

De

L XXI.

De Lucretia Romana.

I Ncessis ardens sexti lascivia flammis,  
Venerat ad nivei turpia furta sinus.  
Castæ madet lacrymis, suspitia ducit, Amantem  
Puagie, & extremi præda doloris, ait:  
Vita pudor vita est; quis vivere posset, adempto?  
Ergo parem rapiant vita, pudorque fugam.  
Dixit, & ultra nefas, abrupit vulnerè vitam.  
Sed dubium castæ murmurat aura decus.  
O fatum! ò nimis infelix Lucretia! Tutus  
Nec vita fuerat, nec tibi morte pudor.

L XXII.

De Lucretia Romana.

N Up er inacessu cladem perpetua pudoris,  
Quæ Latias potuit vincere laude Nurus;  
Bacchanalem stimulat per conscientia corda dolorem,  
Indignata procī forma pudica dolis.  
Inde nefas aperit, lacrymisque perorat obortis,  
Ut ciue ulturas, virque, patetque manus.  
Mox, cùm magnanimo rupisset vulnerè vitam,  
Inferias habuit forma, pudorque parés.  
At quid opus culero morte consilicere? Mirum est;  
Ipso debuerat cœsa dolore mori.

Li

## LXXIII.

In quendam , odio , ac vindicta  
 flagrantem.

Quid furis ? ingenium nubes , quæ lutida fuscat ?  
 Qui torvo totam colligis ore Stygem ?  
 Peccoris angusti furiales concitat æstus  
 Ira, ac ultrices cogit ad arma manus.  
 Ultio si rapiat, si criminis æmula mens est,  
 Turpe per indignam gloria serpet humum.  
 Mente solum linquas , & celsa sub astra recedas;  
 Cor tibi, disjecto nubilo, Olympus erit.  
 Respicias volucem; terræ vicina dat umbram;  
 Cùm tamèn à terra profugit, umbra fugit.

## LXXIV.

De Prothoplastorum casu.

Expugnat tenerum formosa virago matutum ,  
 Cùm dat, lethiferum, mandere mala, malum.  
 Mandit, & heù, seros peritringit poena nepotes:  
 Mandit, & innocuas enecat esca animas.  
 Parce tamèn lapso, vitiata propago , Parenti;  
 Edificat nostrum pulchra ruina thronum.

De

## LXXV.

De universali hominum crisi:  
ITE inaledicti, &c. VENITE  
benedicti, &c.

Ex tremi terret mœstissima imago dies:  
Si tamèn est ullus, nocte premeat, dies.  
Præcipites facum cœli de vertice stellas  
Tunc ager, & rupto, Sol feret axe, necem.  
Absument omnes ignita volumina terras:  
Et conjuratis infomes æquor aquis.  
Judicis ora tamèn, celsa de nube corusci,  
Dùm simùl iratum mente revolvo Deum:  
Stringitur in glacië sanguis: pavor occupat artus:  
Os pallet, coma flat, cordine corde tremit.  
Luminanam torquens ita flammantia; postquam  
Humana hostisonis civetit ossa tubis:  
Hinc, huc, ad poenas, ad præmia, voce sonabit  
Horrenda, Reprobis ITE, VENITE Probris.

## LXXVI.

De piis D. Mariæ Magdalene  
lacrymis.

Nocti, en fontes. Quæ mortua vixerat astris,  
Nunc mundo fundam lacryma fusa docet.  
Vernas ecce vices. Primos ubi Gratia flores  
Protulit, irriguis Magdala nutrit aquis.

De

## LXXVII.

**D**e Puero IESV in Præscpio.  
Purus Iambus.

Puellus iste, quem videtis hospitem  
 Calæ exoletæ, & algidum pati Jovem,  
 Cui hyspidum cubile stramen instruit,  
 Amans, & aura frigidum dat osculum :  
 Fäces hic urit emicantis ætheris:  
 Hic astra comit: hic tonante dextera  
 Humo superba deprimens cacumina,  
 Rubentis ipse fulminis stat arbiter.  
 Adite nunc. Adite nec vetat Puer,  
 Amabilisque, roscidusque lacrymis,  
 Amore vinclus inter arcta fasciz.  
 Adite. Abire fulmen in rosas jubet,  
 Rosasque nuerit ore delicior,  
 Facesque carpit unde vita pabulum.  
 Adite jäm. Quis aggredi polum timor?  
 Puelli ab ore semet omnis explicat.  
 Pelo inscrenda vis. lacrimis ea DEUS.



De

## LXXXIII.

**De Sanctis Pueris Innocentibus  
ab Herode interfectis.**

Turba quid innocuis insultat barbara cunis?  
 Quz cædis causa est? Quis rapit arma furo?  
 Prudh scelus! Insano rosum biberat ensæ cruentem,  
 Qui trepida stringit impia sceptra manu.  
 Cedat, & in teneros excandeat ita Puellios;  
 Ira fit in pœnas ingeniosa suas.  
 Regia si proles pariter cadit i&ta, tyranis  
 Ipso Perilloso est imitata bovis.

## LXXXIX.

**Ad eosdem SS. Innocentes.**

Salvere, infantes, qui primo in limine Vitæ  
 Jam nato caditis victimæ prima DEO.  
 Germina vos florum, savis licet ultra pruinis,  
 Equibus æthereus tamè benè ridet ager.  
 Defuio ad mortem sensus; nam defuit quæs;  
 Sed tamè ad palmas est, portuisse mori,

In-

## LXXX.

In obitum Equitis IOANNIS  
BAPTISTÆ MARINI, Poë-  
tæ quovis ævo celeberrimi.

Fvnerea cytharam suspendat Apollo cypressu;  
Palleat, & longo syrnate verrat humum.  
Nox Melicona premat; lacrymis Permessus inundet;  
Turbida mœtorem murmurat unda suuñ.  
Scissa Thalia coinas, teneras à questibus auras  
Provocet; & Chærillum ñania mœsta Chœnus;  
Qui sic? Ausonius, heù, siten culissimam Pändi!  
Gloria, delicium, pompa, Marinus obit.

## LXXXI.

Ægrotat.

Ioan. Iacobo Lavantia.

Ardeo crudel' oorreptus viscera febri,  
Et metu immodico languet ab igne vigor.  
Vena Salix veleterisque eitat mea funera; iam iam  
Sento pallenteiti serpere in ora petem.  
Heù ago sic animam; nec adest Podalirius, ægrum  
Quileverat, aut facilem qui ferat ullus opem.  
Destruere, si miseret, nostrum. J acobe, feretrum.  
Scis quo marce? Vibrans arma canora lyræ.

AD

LXXXII.

AD GALGANUM BICHIUM

Nobilis æquè ingenii, ac ingenuæ in-  
dolis adolescentem ; cùm carmina  
ingeniosè Authori scriberet.

**S**candit Amor Pindum ? Castis malè tuta Camenæ  
Res est. Aoniis consule, Phœbe, Chœris.  
**N**on tamèn ipse leves tractat de more sagittas ;  
Sed juvat armonicam sollicitate chelym.  
**Q**uicquid id est, Musæ, pulchro nè credite mōstro;  
Pictia forsitan construit arte dolos.  
**H**em ! facilem, BICHI, tua frons effinxit Amorem,  
Cùm tu Mnemosinæ pignus, amoreque fores.  
**N**unc age. Te Daphnis numen reveretur. Amañte,  
Fleñtere quām nequissim Phœbus, ephebus habet.

LXXXIII.

Alexandro de Organis ob chy-  
rothecas dono missas.

**Q**Uæ mittis prohibent, nè missa rependere possim.  
Quippè macas religant dona dolosa manus.

In

## LXXXV.

## In mortem calamitosi.

**I**N nigra semper erat decumantis aqua procellis;  
At portum valuit quassa tenere ratis.

## LXXXV.

## In obitum Lazari.

**E**N cati propero inerentem funere Christum;  
En tenero dias rora madere genas.  
**T**antum erat, ut multo revocaret sanguine vitam?  
Scilicet effusæ sanguis erant lacrymæ.  
**T**er felix, tantum meruit cui funus honorem;  
Ni tua mors fuetis, nil tua vita foret.

## LXXXVI.

## De Niobe.

**F**laga silex, fundit liquidum tanièn usque dolorē,  
Hem! lapis ipse pīas cor habet ad lacrymas.

Echò

LXXXVII.

Echò.

Cum gemitus misera, in tenues evanuit aurast  
Scitque cavas tantum vox habitare specus.  
Sapè tamèn, quāmis lacrymis affueta, jocatur.  
Nymp̄ha, vocees, ubi, ubi es? mox ubi, eccl̄des, ubi es?

LXXXVIII.

Amor honestus.

In genuo virtus alimentata ministrat amoris  
Vivit, &c est animæ vita adamantis amoris.

LXXXIX.

Amicitia.

Vna tenax animi gluten, simul una beatum  
Vitæ, sub gemino pectori, delicium.  
Cura strepat, dolor excruciet; mitescere cogit,  
Et nisi condicet gaudia, desperent.  
Vita hominis, tanto, nescit, sine munere, vitam;  
Et sine Amicitia cor, sine sole dies.

C

Amic

## LXXXX.

## Amicitia.

**D**uplicibus viget à flammis. Amet alter; at ipsum  
Alter nō redaret, neuter amicus erit.

## XCI.

**I**n Michaelem Angelum Bona-  
rotam, nobilissimum quidem;  
sed deformi facie Pictorem.

**D**um formosa linit Pictor miracula, turpem  
Compensat faciem tamen benè pulchra manus.

## XCII.

## De suis æruminis.

**N**ulla caret mortore dies. Per nubila semper  
It vita, innumeris obvia præda malis.  
Deficit adversis exercita casibus; immo est  
Quām similis dūræ plena dolore neci.  
Roscida quo primū luxerunt lumina, nunquām  
Lastyma sib' mōstis arida visagenis.  
Expallet Marita, mōr' prænunzia luctus,  
Discideat à laerymis arva rigare meis.  
Usquè recrudescit, qui semper acerbatis & ipso  
Fortior Alcide sit meus Hydra dolor.  
Cor tamēn inflexum fortunæ turbine constans  
Spe posita, indulgent ponere fata metum.  
Aegro-

## X C I I I.

Aegrotat.

Ad Marcum Antonium Mari-  
num, germanum fratrem.

**H**ec quām dira meas carpunt incendia fibras.  
 Tanta per excessos vix alit Aetna finus.  
 Tabidus occultis humor dat pabula flammis.  
 Et medicas refugit causa maligna manus.  
 Exustis oro exiguam dūm faucibus undam,  
 Tantaleam stimulat unda negata sicut.  
 Sic valida jaceo dejectus febre, jacentem  
 Nulla levat, somno profugiente, quies.  
 Extremum vitæ momentum restat anhelz:  
 Et timeo Lethes jam propioris aquas.  
 Nē tibi dimidia, frater, sit parte carendum,  
 Ipse Machaonia doctor arte, veni.





Francisci Marini

X C I V.

Beato Ioanni, cui à Deo cognomentum, animam jam agenti,  
Sanctissima Virgo Mater sudorem abstergit.

**E**xtemos famuli solatur Virgo labores,  
Tartareamque valet cogere luce fugam.  
Giscere mox animus, spes aurea surgere. Tandem  
Languida Virginem vista fatetur opem.  
Sudor it interea dulci sed Virgine tersus.  
Nùm tanta Herculeus munera sudor habet?

X C V.

In Personatos.

**I**n sanire juvat Stimulantes orgia cernas,  
Sive Lupercales ire, salire choros.  
Obstu peas, totam dum larva perambulat Urbem,  
Improba lascivos ducere monstra jocos.  
Nec vitii laxas compescat censor habenas?  
Et patitur vultu dissimilante, nefas?  
Nil tamèn irascor fusis per compita latviss;  
Aptior haud mundo congruit effigies?

In

## XCVI,

## In die Cinerum.

**A**T non hesternis sonuerunt antra cachianis,  
Cùm Salios duxit publica larva suos?  
Turpia cùm licuit mediam jactare per Urbem,  
Frænaque lascivi destituere Chori?  
Par monstro. Ingeniis ea mox vesania cessit,  
Ut sacra pulvereo diluit imbre manus.  
Vim Cineris miram! Nocuis qui riserat herbis,  
Cælesti floret germine mentis ager.

## XCVII.

Ego dilecto meo, & ad me con-  
versio ejus. *Cant. 7.*

**C**ælesti procul à Sponso, suspiria ducens,  
Optabam Clytiz conditione frui.  
**H**ec oculos satiar radiantis lumine Phœbi,  
Quacumquè æthereas carpserit ille vias.  
**A**t Clytiz sortem Sponsi clementia vicit,  
Qui simùl ardentes vicit amore faces.  
**N**amquè ego despectis non uror viscera flammis;  
Nec meus est solis flos abeuntis amor.  
**C**ùmque per alternas penetrent incendia fibras,  
Indubiam repetit ignis ab igne fidem.

C 3

In

## XCVIII.

In Sanguineum Christi  
sudorem.

**S** Anguineo Christus rorat sudore, paratam  
Dum caro prospectat, non benè firma, Crucem.  
**N**on expectatis fortassè ad vulnera flagris,  
Sanguis it insuetas anticipare vias?  
**U**rget an humanis ea prima piacula noxis?  
An modò cunctantem provocat ultrò necem?  
**F**rontis an irriguum sanguis dimanat in aurum,  
Quo redimat nostræ damna salutis Amor?  
**Q**uicquid id est; hosti currens in germina, sudor  
Sanguineus Christo Crux fuit ante Crucem.

## XCIX.

Ad Christum Dominum,  
de Cruce pendentein.

**S** Anguineos aperis laniati pectoris imbræ;  
Taunta at cæde furor sevit, an arsit amor?  
Hæc arsere pares, amor hinc, furor inde vicimus;  
Iste mei tamèn est cordis, & ille tui.

Ad

C.

Ad Sanctissimam Christi lateris  
plagam confugium.

**C**or quid agas? Alto jactaris in æquore, fluctus  
Quassa per horrifonos cymbula. Cor quid agas?  
Spes fugit à portu; sed portum disce. Profundo  
Christi pectus hiat vulnere. Vulnus adi.  
Hic statio benè fida est. Quām Cruce pādat olympū,  
Ante suum referat militis ense latus.

C. L.

Christo Soteri, ad Columnam  
immaniter cæso. Ad illud  
Testii elegantissimum:  
Di marmo è la Colonna.

**M**omorei constant ad flagra Columna, Satelles  
Heù Soter, durum tu quoquè marmor agis.  
Nec ratione pari. Tua te constantia durat,  
Illam natura, hunc asperat impietas.  
At cernens oculis adeò crudelia siccis,  
Marmore vel duro durior ipse forem.

C 4

De

## C II.

## De suis Libris.

**H**ic ego deliciis fugientes demoror annos;  
Doctus ab extintis mutuor ergo dicas,

## C III.

## Idem Argumentum.

**D**um veterum doctas oculis hinc collige voces,  
Audio ab extintis verba diserta labris,

## C IV.

## Idem Argumentum.

**Q**uas mihi condit opes librorum docta supplex,  
Dum rapiunt oculos, erudiunt animum,

## C V.

In comparatos sacræ eruditionis  
libros.

**E**x aliis didici mendacia docta magistris;  
Ex ipsis disco vivere, disco mori.

Ni-

C V I.

Nicolao Vegiski, Amico Polono, Responsum.

M O Ereo, quod duros tua narret Epistola casus;  
Gaudeo, quod patrio in limine sospes agis,

C V I I.

In Fontem Azzolinum. Campæ  
næ, celeberrimi in Calabria  
Oppidi.

Fons habet ambrosiæ pretiù. Dùm vitreus errans  
Juppiter haud alias ipse sitaret aquas.  
Ergò quam Phrygius poffet miscere minister,  
Hæc Caloserna, tuos abluit unda pedes.  
Sapiùs hic Divas yidi gestire canoras;  
Lavit & hic roseas fæpè Diana genas.  
Non tamèn artifici contendit in aera lufus;  
Mentoreo quamvis digna labore fluat.  
Serpit humi, gratam quæ flectit populus umbras;  
Foris suum fugit hæc casta Arcthusa procum.

C S

De

## CVIII.

**D**e Fonte Argutulo.  
ibidem.

**P**rodigus argutis Argutulus emicat undis,  
Cùm sua in irriguas viscera fundit aquas.  
**A**leni properans per opaca, per abdita gressu,  
Murmurat, & querulas unda lacessit aves.  
**H**is Narcissus aquis formosior esset; & ardens  
Hauriret, viso dulcius ore faces.  
**H**ic ultrò Adæon ramosa fronte periret,  
Miscet ubi vivas plurima Nympha nives.  
**C**edite, Pimplæis qui carpitis ocia rivis;  
Nectarum bibit hinc nostra Camæna melos.

## CIX.

**I**n Cinnamum,

**Q**uid petis Astrologos? vel quid Mareotide natæ  
Cinname, sollicitus fata canenda rogas?  
Ipse canam, nec sidereas exploro figuræ;  
Furcifer es? suis, Cinname, funis erit.

**Amor**

C X.

Amor.

S~~u~~ave malum: lepidum tormentum: dulce vene-  
Blandalues: pulchri deliciosa fames. (num  
Cura tenax animi: vel cordis amabile vulnus;  
Febris, de liquiis conciliata suis.  
Flam ma, gelu fœcunda parens; at cujus ad ignem  
Sol tepet; atque Jovis fœtile fulmen erit.  
Quis monstri vires per summa, per imaq; narret?  
Ocia alunt; quamvis ocia nolit Amor.

C X I.

In vitæ paritèr, mortisq; fasti-  
diosum.

I N felix nimirūm, cui mors, cui vitaq; dura est;  
Et sinit ignavos turpitèr ire dies.  
Mens ea sit. Morteni metuis? nè fœnotæ vitæ  
Despice. Vita gravis? nè experiate necem.  
Alterutrumque velis. Mors allicit: argue vitam;  
Vita juvat? discae, nè moriare, mori.

*Libri Primi*

F I N I S.

C 6

PRO<sub>2</sub>

## P R O G R A M M A

## L I B R I I I.

## Ad Virginem Matrem.

**S**ideri, Virgo, *Regina potentior Orbis,*  
*Calique dulce gaudium;*  
**E**mula millesa noctant licet astra coronas.  
*De veris eterni jugis;*  
**V**irgineoque pedi, quacumque perambulet, omnis  
*Exultet aether floridus:*  
**O**bsequium nostra tamèn excipe, *Diva, Camenæ;*  
*Exile quamvis ardeat.*  
**N**am sacer est Helicon, & habet, *Te præside, flores,*  
*Aeternitatis amulos.*  
**T**o numeris mensura meis, *Virgo inclyta; Tu que es*  
*Nostræ Thalia barbiti.*



FRANC

81

# FRANCISCI MARINI

POESIS

HIEROETHICA,

SIVE

PIGRAMMATUM

SACROMORALIUM

*Lib. II.*

---

I.

Tota pulchra es amica mea , &  
macula non est in te.

*Cant. 4.*

**E**xpliCat effusum flavis de crinibus Hermum  
Puniceas nutrit mala venusta Rosas :  
Frontis ebur Solem geminis evincit eo iis ;  
Et primas teretis colli alabastra nives ;  
**O**s Charitum sedes, cohiberque modestia risum :  
In puris ardent ostra beata labris.  
**O**mni ex parte meum, pulcherrimq. cogis amore ;  
Sed maculae prorsus neficia, spoalis, places :

**Cum**

## I I.

Cùm Sacram Domum Lauretanam inviseret.

FAllor. an Hermonios potuſ pervadere calles.  
Atque Palestinas tam citus ire vias?  
Nazaris eccè Domus, missa quà Cœlite, sensit  
Integra fœcundum Numine Virgo sinū.  
Aliger hic superi explevit mandata Tonantis.  
Hic MARIE, h̄ic Orbis dīcta, petacta salus.  
Diva petunt monumēta fidem. Quid cominū ergo  
Laurea Piceni conspicor arva soli;  
O Domus! ò nullis ævi temeranda ruinis!  
Cuja vel æthereas arguit umbra faces.  
Quis levibus docuit volitare per æthera pennis,  
Et Latias, posita mole, beare plagas?  
Nam sua Dircazum fileat mendacia Pleðrum;  
Angelicis facile est saxa meare lyris.

## I I I.

**Idem Argumentum.**

NObile Nazareis quondam decus addidit oris;  
Cur modò Picenum consecrat Ara solum?  
Jām super Erigonem meruit sublime locari.  
Inter sidereas enumeranda domos.  
Nā tamèn exārdens quodvis sibi posceret Astrum,  
Lis nostræ cessit ardua præsidia.

B E.

## I. V.

**BENEDICTVS CARDIN.  
ODESCALCVS  
Pontifex Maximus inaugurator,  
Nomine INNOCENTII  
XI. assumpto.**

Cingite laurigeris Capitolla cingite fertis,  
 Et rapiant hilares astra coruscæ faces.  
 Eraque festivis imitantur fulmina bombis,  
 Ut lacero plaudat proxima Juno fnu.  
 Qui semper mæsto turbavit Nerea censu,  
 Tranquillas discat voluere Tibris aquas.  
 Publica lætitia causa est. Datus æthere Princeps,  
 Qui Thæmidi socium gaudet habere Thronum.  
 Regnat ODESCALCUS, Regno par undiq; regnati  
 OPTIMUS Orbis Atlas, MAXIMUS Urbis amor.  
 Orbatae potis est Urbi, viduæque Cathedrae  
 Restituisse Patrem, restituisse Petrum.  
 Roma novos argo, veteres victura, triumphos  
 Excitet. En toto redditâ jure sibi est.  
 Non sua quippè foret, tanti ni Principis esset.  
 Subdita primævum surgit ad imperium.



In

## V.

**Iu faustissimum ortum Sereniss.  
Infantis  
FRANCISCI IOSEPHI,  
Archiducis Austriæ, Imperatoris  
Austriaci Filii.**

**C**Æsareo Alcides oritur de sanguine. Turpem  
Arripiant Hemi barbara monstra fugam.  
Ad bellî strepitus genosofo è viscere prodit,  
Et primos haurit fulgido ab ense dies.  
Tres ornant Charites; Bellona sed una tenellas  
Instruit hostili cæde madere manus.  
Dùm benè præludit formosa ferocia vultu,  
Bellicus augusta Prole superbit amor.  
Herculis en Genius. Duri primordia bellis  
Vagit, &c è cunis sternere monstra cupit.  
Dicite, jà, carmen. Rhodope jàm culmina flectit  
Victor in Ismarias jàm fluit Ister aquas.  
Auguror. Odrisiis animus iam concidit armis;  
Jàm timerat Austriacum Turcica Luna pedem.  
Ut cœat interea tranquillos gloria somnos,  
Ad Pueri Cunas miles, & arma strepans,



54

In

V I.

In Pontem  
Ad S. Angeli Arcem Romæ con-  
spicuum,  
**CLEMENTE IX. PONTI-**  
**FICE OPT. MAX.**  
**Pulcherrimis Angelorum Sta-**  
**tuis exornatum.**

**A**etna magnificè quâ surgit machina Pontis!  
Quâ fugit impatiens ardua fræna Tibris;  
Securum terat hospes iter, terat incola: **CLEMENS**  
En Ponti Angelicas adjicit excubias.  
**Duxerat** Isacidas, rubri trans æquora Ponti  
Angelus, & siccos inde tulere pedes;  
**Sic,** par Oceano Tibris, nè diruat Urbem,  
Angelus indomitas ipse coecet aquas.



In

## VII.

In perpetuam B. Virginis Matris  
Iconem, in Archiepiscopali Eccle-  
sia Rossanensi celeberrimam, vulgo  
(dell' Acheropita) nuncupatæ; quod  
nulla referant manu pictam.

**E**N qua majestas! qui stringens lumina, fulgor!  
Sidereo quantum splendet in ore decus!  
Penè suum vibrat cœlestis Imago uitorem;  
Sic oculis Virgo, sic nitet ipsa genis.  
Spirat opus; tamè artifices nè crede Timantus.  
Divinam poterat nulla referre manus.

## VIII.

Ad Illustriſſ. Ecclesiæ Biſignanensis  
Antifititem.

Fr. Josephum de Sebastianis,  
Ob pulcherrimam Sanctiss. Virginis  
Matriſ Imaginem, Authori hu-  
maniter dono datam.

**C**œlicolum ſpecta Choris mibi munera mittis;  
Digna ſed officiis, Praeful amice, tuis.  
Mittis enim tenerum, cum Virgine matre, Puellum,  
Divitias animi, deliciasque mei.  
Quid melius mitti poterat? quid pulchrius? Ergo  
Par tibi nè valeam mittere, missa vetant.  
Corde premam licet obſtricto; tua dona reponant,  
Quæ poſſim donis apta referre tuis. In

## IX.

In N. N. Pictorem in primis celebrem, cum in Romana Pictorum Academia florentissimam de Pictura habuerit orationem.

**D**icit hic telas & animam dat linea telis.  
Eloquitur & flores excitat eloquium.  
Sic, adhibet cum lingua tropos, cum dextra colores;  
Lingua simul visa est pingere, dextra loqui.  
Ergo quod varia præcellat dote; minoris  
Sunt Ciceronis opes; est & Apellis opus.

## X.

## De Nivibus Equilinis.

**N**ingit ubi ardentes dat Sirius ore latratus,  
Et simul hinc æstas ardet, & alget hyems.  
**M**ox ubi nix albet, uiveamque ubi cyclada tellus;  
Induit; hic MARIAE Templa superba locant.  
**A**uguror. O nix! ò pluvio mihi ditior auro!  
O nix ambrosio carior imbre simul!  
**S**i modo Virgineo candes addicta pudori,  
Has inter mea sunt corda cremata Nives.

In

## X I.

## In Divi Pauli Conversionem.

**C**hristiadas habet invisos; clademque minatus,  
 Portendit certam Saulus in ore necem.  
**P**ergit iter, maturat opus. Tamèn obstat æthes;  
 Et ferit infensum vox inopina Ducem.  
**S**ternitur. O pulchram, quæ tollit ad astra, ruinam!  
 Caligant oculi; sed magis astra videt.  
**H**ec cœli vis est. Ex hoste fit hostia. Victor  
 Tunc magè, cùm Christi viætima prona cadit,

## X I I.

De dulcissimis IESV, &  
 MARIÆ Nominibus.

**H**YBLæi latices, & roscida dulcis Hymettî  
 Munera, desipitis nostræ in amena gulæ.  
**A**mbrosia longè præstat dulcedine JESUS;  
 Nectaros potis est Virgo prærite favos.  
**H**inc sicutis est, hinc una famæ, hiuc uña voluptas,  
 Dulcis amor, dulci cum Genitice Puer.  
**I**nvoco si JESUM, quâm dulcibus obruor undiss;  
 Si MARIAM, suavi cor natat Oceano.  
**E**t mea dū repetunt MARIAM, dū carmina JESUM,  
 Dulce sapit JESUS, dulce MARIA melos.  
**O**JESU, ò MARIÆ dulcissima Nomina! At ipù  
 Quâm sapitis, si vel Nominis aura sapit?

De

## XIII.

**D**e Puerō I E S V , iñ Virginis  
Matris amplexu.

**I E S V S , M A R I A ,**  
*Acrostichon Hysterocrostichon.*

■ n tacto fortus gremio, nive purior alb  
■ n ut pronus Amor stat Matris in oscula/Nat  
■ idereos ut visa oculos jām pascere Mate  
■ beribus blandita suis ! At amabilis or.  
■ ubridens, Amor à nobis exposcit amore

## XIV.

**D**e S. Francisco Xaverio,  
Cui Cancer marinus Christi de Cruce  
pendentis effigiem , jām pelago  
absortam, restituit.

**C**onfixi effigiem Divus jām deflet Amoris .  
Et rabido raptam vortice,mæret opem.  
Ut sinibus tamèn undosis fôret etuta , Cancer  
Obsequio chelas ingerit ipse suas.  
Reddidit . O æthereos inter qui fulgeat ignes !  
O superas dignum qui natet inter aquas !  
Quis delphina canat , sospes quo veetus Arion ?  
Vexerit ille hominem , cùm vehat iste Deum.

**Idem**

## XVI.

## Idem Lemina.

**C**RUX pelago obruitur. Divus sic mæret, ut ipfi  
Cum rapit unda Crucem, tunc parer unda crucem.  
At pius ad vexit Cancer per cœrulea, quæ jam  
Fulgit in undosis maxima gemma vadis.  
Quam bene, in aquoreo sparsurus lumina Cancro,  
Mallet sideratum flectere Phœbus iter !

## XVI.

Ad Beatiss. Virg. Mariam.  
Evangelismus.

Turbata est in sermone ejus,  
Et cogitabat.

**O**RÆ quid expalitet? Defixa quid hæret ocellos  
Virgo? Quid affatus expavet Angelicos?  
Reginam supéri, Deus expertit ipse Parentem,  
Tellus præsidium, sidera delicium.  
Ambigat? Ante se; quæ nunciavit ore Minister,  
Quæ Polus; exiguum sint ea nocta fidem?  
Annue, Virgo. Tu opendet spes ultima nutu;  
Nutus item nostræ summa salutis erit.  
Quam nisi obtrahimur, tœcam Tu destru nostem;  
Tu humano potum construe naufragio.  
Fare agè. Jam Patris genuere silentia Verbum;  
Tu modò concipies, verba soquita, DEUM.

De

XVII.

De S. Maria Magdalena.

**A**ngitur exactam, scelerum male conscientiam, vitam,  
Et calido pietas obruit imbre genas  
**A**d Christi projecta pedes lacrymatur, & inquietur  
Quæ sceleris fuerant arma, doloris erunt.  
**E**xplicit inde suos, aurata volumina, crines;  
Nec renuit fusum planta rigata decus.  
**Q**uid majus poterat moliri Magdala? Centum  
Solvit ab explicitis corda ligata comis,

XVIII.

In Divum Thomam Apostolum.

**N**ulla fides oculis. Triplicis vestigia clavis  
Rimatur digito sanguinolenta suo.  
**I**nde sacram lateris juvat explorare cavernam,  
Et firmat dubiam dextera fassu fidem.  
**S**ors Dydimi felix! Infirmo cedite, Vivum  
Sat vidisse DEUM; plus etiisque fuit.



In

## XIX.

### In Divum Bartholomæum Apostolum.

**A**rmenias Cruis Imperio conjungere Tigres;  
 Atque Stygem potuit mergere Araxis aquis,  
 Exuviz modò nè defint;nè pompatrumpho,  
 Exornat rapta purpura viva cutis.  
**P**urpura nobilior Tyria, scù vellere Phrygia  
 Siderea quamvis fulgeat inter opes.  
**T**ergora diripias ergò tua, barbare Lictor,  
 Poena, sic æternum pellis adempta decus.

## XX.

### In Diuam Luciam.

**V**irgo, Syracusiz splendor quām nobilis orz,  
 Formoso innumeros torserat ore procos.  
**F**rons filii è duplice radiabat eburnea Phœbo;  
 Cœcus ad hos radios non tamèn unus erat,  
 At pertusa oculis noctus peperisse tenebras,  
 Ethergamque aliis perdere luce diem;  
 Lumina quid patiar fulgere nocentia? poenam,  
 Si rea sunt mortis lumina, morte luant;  
 Displacet, heu, oculis placuisse procacibus. Inquit,  
 Et sibi mox oculos eruit ipsa suos.  
**V**irginis, ò virtus! Luxit tunc Lucia. Sponsa  
 Pulchrior ante oculos exoculata fuit.

In

## X X L

## In Divam Luciam.

**S**Iderea generosa fudit sibi Lucia luceſ ,  
 Nè procus iſ ſanas hauriat inq̄e faces ,  
 Malas nec roſeas, crinale nec æſtimat aurum ;  
 Lumina væſanus pulchra peribat Amans ,  
 Plaudite ſideribus cæleſtia ſidera raptis ,  
 Majus ab extincta diſcite luce jubat .  
 Missa Tyrannus habet demortua lumina, cæcūs  
 Poffit ut hiſ oculis ipſe videre diem .

## X X I I.

## In Divam Cæciliām.

**D**um reſonas pulsat, cor laxat ad æthera, cantes;  
 Haurit & argutas aura beata notaſ .  
 Sic ea ſollicitæ ſcit ludere tædia vita :  
 Sic Sponsi longas fallere docta moras.  
 Quin pia dūm Cœlo geminat ſuſpiria, credam  
 ſæpius Angelicos detin uifſe Choros .  
 Orpheo quid memorem? Cithara penetarit ad Oṛ-  
 Evolat in ſuperas Virgo canora domos. (cum;



D

E'gen-

## XXIII.

E' gentilitio Stemmate Neptu-  
num jubet expungi.

**AD MARCVM ANTONIVM  
MARINVM,  
germanum fratrem.**

**Q**uid vānd nostro dominatur in æquore Numen?  
Quidvè tridentiferam sustiner unda manū?  
Exulet expulsum. Patriis olim expulit astris  
Juppiter; à nostris nunc eat exul aquis.  
Stulticx veterum Gentili stemmate plaudam?  
Arguat indignum cærula larva scelus?  
Non ità. Neptuno Stygias adjudicat undas  
Relligio; & nostræ nomen inane rati est.  
Quæ solo iratos componit Nomine fluctus,  
Præsideat nostro sola MARIA 'Mari.



Dc

X X I V.

*De S. Catharina V. & M.*

Par Catharis certamen init. Facunda Canopi  
 Pallas jam fundit monstra diserta Sophos.  
 Mirati suadam teneris insidere labris  
   Dediscunt veteris dogmata falsa Stoæ,  
 Hinc furor Eumenidum stimulis exardet: & inde  
   Carnifices patitur saucia Virgo manus.  
 Jam cadit. An roseo tellurem sanguine spargatur  
   Lac de vulneribus iacta sarissa babit.  
 Lacte necem pascit. Quid Virgine mitius ipsa?  
   Lactea mors est cui lactea vita fuit,  
 Vel superum liquida nè pulset voce Tribunal,  
   Ter niveum sanguis lac imitatus abit.

X X V.

*De D. Mariæ Magdalena lacrymis, ad illud Psal. 134.*  
*Fulgura in pluviam fecit.*

Magdala dum nitidis oculorum fulgurat astris,  
   Atsurum figunt anxia corda scopum.  
 Quam scelus exposcit pœnam? lacrymatur, & ultra  
   Noxia ploratis fulgura punit aquis,

D 2

D. Virg.

## XXV I.

**D.** Virginis Matris invocat patrocinium, inter innumeratas vitæ ærumnas.

**H**orrida nullus arat turbantibus æquora Cauris,  
Quin fragili timeat damna suprema rati.  
**A**t pelagum si vita refert ingentibus actum.  
Fluibus; his jaotor cymbula quassa vadis.  
**S**unt hic & scopuli sunt cæca pericula, Syttes;  
Lurida, terribilis nox premit, unda fremit.  
**N**eC Cynosura poluan, nec sidere monstrat amico  
Pollux; nec monet hic ulla papyrus iter.  
**Q**uò ferat incerto, vitæ spes naufragat omnis;  
Omnis in afflictis rebus adempta salus.  
**A**dsis, extremo spes una relicta labori,  
Virgo, Tu nostri fulgida Stella maris.  
**E**xperiat vestram, mediis nè linquat in undis,  
Nè vasto peream gurgite, Mater opem.  
**E**mersi poterit memores ornate tabellas  
Pandens è sacriscor anathema tholis.



In

X X V I I.

In Vaticanam Principis Apo-  
postolorum Basilicam.

**E**N salit elatas moles operosa sub auras,

Sed pia Tænario bella minata Iovi.

**C**onscius ætherei fornix hic eminet axis,

Hic porphyriacas Ara maritat opes.

**Q**uacumque insitas, oculis quacumque vagetis,

Hinc pietas, illinc detinet ora stupor.

**I**nnumeræ occurunt spatiis ingentibus Aræ,

Ars ubi conatus vicit adulta suos.

**Q**uid plura? Ingressus, consurgere protinus, unum

Nè templum stupeas, plurima templa stupes.

**O**' opus! o' stupor! Aeratos hæc marmora dentes

Temporis obtundent, armaque dura necis,

**O**mnis Cæsareo cessit labor | Amphitheatro;

Cuncta præit tamèn hic amphiteatra labor.



## XXVIII.

## Idem Argumentum.

**A** Rdua multiplices en moles erigit alas,  
 Cultus ubi sacra promicat Arce Petrus.  
**N**i stupidos fugiant oculos miracula,cernas  
 Ire per aerias marmora cæsa vias.  
**A**ltis exterrit nigra Tartara fundamentis;  
 At propè conspicuum sidera culmen adit.  
**H**uc Nomadum lapides,niveas, migraffe,ruinas,  
 Hùc simùl excisam viscera crede Paron.  
**Q**uòd tamèn ingentes aurum superinduat arcus;  
 Quòd vigeat summis ars animosa tholis;  
 Iam minus est. Inter quas machina fuderit umbras.  
 Una jubat Pietas ingerit,una decus.  
**E**rgo nascet opus,cunctis mirabile seclis:  
 Destruit emeritam fama superba fidem.



Idem

X X I X.

**I**dem Argumentum.

**C**ernis, ut aero transgressa cacumine nubes,  
De Vaticana mole superbit humus?  
**M**ontibus Enceladum jures componere montes:  
Ni magis innixum fingat Atlanta polis.  
**I**onga sed ingentem sudarunt secula Molem,  
Sudatumque diu secula ludit opus.  
**C**um videas longo pendentia marmora traetu,  
Eripiunt oculis ardua saxa fidem.  
**D**eficeret, medio sua si vestigia Templo  
Stringat equus; quævis laffa volaret avis.  
**H**em! tanèm spaciofa soli capit area; tantùm  
Lusit in augusta Dædala dextra Domo.  
**E**xtruat Urbs orbem, moles hac instruat Urbem;  
Aemula totius pars operosa venit.



D . . . De

## X X X.

**D**e S. Luca Evangelista,  
**C**um D. Virginis Matris iconem  
 pingere moliretur.

PENICULO innixum sublimior idea torquet,  
 Quò veneranda ferat Virginis ora color.  
 JAMQUE parat cordi appictari committere telis;  
 JAM propè Divinum pingere gestit opus.  
 Nec tamèn audaces admittit tela colores,  
 Ulla nec obiectum reddit imago decus.  
 Ipsa sed en cœpto succurrit Virgo labori,  
 Seque dat artifici nobile prototypon.  
 Glorja quæ Lucæ ! linis quæ gratia ! Posset  
 Picta fugare stygem, picta beare Polos.

## X X X I.

## Divo ejdem.

EN obiecta tuis adstat Regina tabellis:  
 Pinge; quid incœptum dextra moratur opus?  
 Mala in utraque rosas, augusta in fronte nitorem,  
 Pinge decus, gemino in lumine pinge jubar.  
 Alma supercilium majestas ornet; & isthinc  
 Ota line Angelicis deliciosa Choris,  
 Quid cunctatis adhuc? lento sed parcite. **Luca**  
 Virginæ luces pascere luce sat est.

In

XXXII.

In Lucernam.

**N**ox oculis lucem eripiat: pulcherrima vindex  
Ereptum reparat, vel sine sole, diem.  
**N**octurnæ comes una lyra, comes una laboris,  
Dat vigilem vigili fida ministra facem.  
**O**bsequitur Musis, alitur quæ Pallade. Gaudet  
Pteris ad radios nocte vocata suos.  
**P**ossit ut æterno mecum splendescere lychne,  
Esto sepulcralis viva Lucerna domus.

XXXIII.

In Lucernam.


**N**octe, fugit, veniente, dies : tamèn æmula sofis  
Fax mihi præcipitem detinet una diem.  
**C**ùm vigilo vigil est: eadem, cùm dormio, dormies  
Nè mea fit curis irrequia quies.  
**P**allas alit nitidam; tenebras hinc carmina ludunt  
Sæpiùs ad radios evigilata suos.  
**Q**uæque meam docuit Musam clarere; vicissim  
Splendida carminibus vivat, & ipsa meis,

D S Læ

## XXXIV.

## Latrunculorum ludus.

**A** Dversi properant condita in prælia Reges,  
 Quos armat regni perniciösus amor.  
**A**equa lacerditis insternitur area turmis.  
 Et juvat in picto figere castra solo.  
**A**gmina jām cernas, brevibus vix dissita vallis.  
 Poscere belligeras conservisse manus.  
**N**eç mota. Rex peditum primos certare maniplos  
 Imperat, & dubias Martis inire vias.  
**M**ox equitum miscent acies certamen; in hostem  
 Explorat vires quisque per arma suas.  
**S**ævit pugna. Salus tua stat in Arce; sed Arcem,  
 Rex ubi captivus, fortis Amazon adit.  
**J**āmque premit, nullumq; avido bibit ense cruentum.  
 Ad bellum pulchram luditur effigiem.  
**C**onsilio plus regna manent, quam milite (Ludum  
 Discite) sub stulto Rege repente ruunt.



De

XXXV.

De Afino Balaam.

V Erberat innocuum Vates iratus Asellum;  
Quod cœptum nolit pergere lensus iter.  
I, piger, ingeminat, mea cur molimina ludis?  
I, piger; & duro verbere terga ferit.  
Nè læde innocuum, respontit Asellus. Asellum  
Obstupet humanos articulare sonos.  
Monstrum fortè rogas? Afino qui stultior ibat,  
Censorem meruit vile Propheta pecus.

XXXVI.

In Divum Petrum.

S Peçtra putent alii; Petrus benè novit Amantem,  
Atque hilari ingeminat voce: Magister adest.  
Nec mora. Securas ducit super æquora plantas,  
Dat quibus immotum mobilis unda solum.  
Mox titubare tamèn, mergi mox æquore. Par est.  
In fidò quid ni fregerit unda fidei?



D 6 In

## XXXVII.

In die Commemorationis De-  
functorum.

*Ad illud Job 19.*

Miseremini mei, miseremini;  
saltēm vos, Amici mei.

**H**eu. heu, discrucior. Mea jāni tormenta referrem;  
Ista forent ullis si referenda notis.  
Sin per is exemplum: tantis non Vesuvius ardet  
Ignibus; & flamas non alit Aetna pares.  
Ardor is est, omnes nequeant quem vincere fōtes;  
Hei miseræ, immensi nec satis unda maris.  
His, precor, ærumnis, superam qui carpitis auram,  
Ferte piam, siquidēm ferre potestis, opem.  
Defuerit pietas aliis, tur desit Amicis?  
Aureus hoc erit ex igne probandus amor.  
Sors eadem si quemq; manet, succurrere. Pœnis,  
Quæ levat, est pœnis dextra levanda suis.

## XXXVIII.

De Virgine Matre,  
Cum filium Iesum complectere-  
tur extinctum.

**C**um laceros nati mæstissima stringeret artus,  
Diriguisse suo visa dolore Patens.  
Frigentem Niobes poterat simulare figuram.  
Vivere ni vive deteggerent lacrymæ,      Sangu-

## XXXIX.

**S**anctiss. Virgo Mater filium Iesum,  
sinu colligit extinctum.

**C**omplexa extincti corpys deflebile Nati,  
Concidit, exanimem visa referre Patens.  
**M**ox vocat ad lacrymas dolor ipse: animamq; resu-  
Hæc ait (& querulis aggemit aura notis) (mens  
**C**ordis, Nata, mei dolor unicus, unicus ardor,  
Sic nostrum repetis dilaniate sinum?  
**V**ix dat amor, millena vetant quem vulnera, Nam  
Noscere: quæ nosset, non, nisi mater erat.  
**Q**uis, fili, insignem turpavit sanguine formam?  
Quæ tua crudelis contudit ora manus?  
**Q**uis color est ori? speciem, quæ barbara clades  
Abstulit, ac omne est depopulata decus?  
**H**eù, dolor exanimat. Sed luctibus ægra relinquit.  
Ut longam faciat vita relicta necem.  
**V**os casum lugete mei, nigra sidera, solis;  
Nam duo vix lacrymis sufficiunt oculi.  
**I**n felix ego, quid socios exquo dolo?  
Tantis ipsa dedi cladibus, ipsa gemam,



In

## XXXX.

**In alapam Christo Domino  
inflictam.**

PRò scelus! in JESU Mcolapho manus impia fèvivit,  
Cogit & impactis ora rubere probris.  
Mala tamèn livet cœlestis origo nitoris,  
Sculpit ubi infandas palma scelestas notas.  
In Cœli Regem tantis furit ausibus? Ergò,  
Quæ valeat duram plectere pœna manum?  
Areat æternum; sed forsitan aruit; & nunc,  
Quod Judæ tergit oscula fæda, viret.

## XXXXI.

**In lanistas.**

Si tatis innumeris impelli ad funera morbis,  
Et miseros, fato, posse, jubente mori.  
Ars quid opus morti? Quid stultius addere tatis  
Ingenium, & notas ferro apertire vias?  
An brevis insanos capiunt fastidia vitæ.  
Dùm lethi strido rumpitis ense moras?  
Heù faciles dira sub gymnade captat Eriunyss;  
Qua properi possent arte perire, docet.

Di-

XXXXII.

Dilectus meus mihi , & ego illi.

*Cant. 2.*

Ter felix, quem certa fides non fallit amantem:  
Cui reddit suaves mutua flamma vices,  
Dum simùl ingentes cor igne reciprocat æstus,  
Unus edit geminos ardor, & unus alit.  
Me sic urit amor, penitusque per intima fibris,  
Provocat alternas aura beatæ faces;  
Quin bibit ipse meo sponsus de corde favillas;  
Haustaque de sponsi corde favilla beat.  
Sic amo, sic redamor. Tantos dum fœneror ignes,  
Nobile fit nostri fœnus amoris amor.

XXXXIII.

De Divino Amore.

*Ad illud Philipp. 2.*

Semet ipsum exinanivit, &c.

Vifus Amor telis vacuam gestare pharetram :  
Omnia quod fugiens luserit ante scopus.  
Quiq; novum molitur opus, procùl abiicit arcum,  
Dedidicitque suum vana pharetra latus.  
Non tamèn incassum spoliatus obambulat armis;  
Ipse sibi telum forsan, & arcus erat.  
Quis Divi ingenium capiat, quis robur Amoris ?  
Palmæ incertus erat jam, nisi inermis erat.

IE-

## XXXXIV.

**I**ESV , ET MARIÆ  
Se totum ex corde dicat.  
Ad illud Italo rithmo  
decantatum:

*Giesù, e Maria, vi dono il core,  
e l'anima mia.*

**D**um subeunt animo tua sœpè charismata, JESU;  
Dùm Charites memoro sœpè , MARIA, tuas;  
Flagrat amor tenuis superare per ardua vires ;  
Dignaque cùm nequeam pendere ; mæret amor.  
Plutima quòd vellem, veniat placitura voluntas;  
Si juvat obsequiis solvere vota meis.  
En vestro refugus non agravor ære . Dicandum  
Cor superest ; ergò cor, animumque dico.  
Si mihi mille datum spirare è cordibus esset:  
Et JESU, & MARIÆ mille ego corda darem,



San-

XXXXV.

**S**anctissima Virgo Mater Christum  
Dominum, iam iam moriturum  
alloquitur.

**Q**Uid dilapsus abis, fili dulcissime? Quod te  
Protinus amplexu proripis usque meo?  
Et potes exanimem discessu linquere Matrem?  
Jam mea vita fugit, si, mea vita, fugis.  
Sin fatum patcat, fati dolor occupat omnes  
Ipse vices, animam traiicit ipse meam.  
Sollicitent iam vota necem; sequar ipsa per enses.  
Per tormenta libens; quaque ferare, ferar.  
Nè miseram linquas, tecum da, Nata, Parentem  
Vivere, vel vivo, vel moriente, mori,

XXXXVI.

**I**n S. Franciscum de Assisio.  
*Accinit Scribanio.*

**E**XUTUM lacero Franciscum finge cucullo;  
Expressam Christi redderet effigiem.  
Francisci exuvii indutum concipe Christum:  
Franciscum referat, qui modò Christus erat.  
Quid nō audet Amor! Geminos sic fingit Amates,  
Ut viva alterius alter imago foret.

Ei-

## XXXVII.

Eidem.

**V**T ChriNi gereres vivam, Francisce, figuram,  
 Millia qui passus, vulnera quina dedit.  
**U**tque tuam nullo referat discrimine Christus,  
 Unam pro quino vulnere da tunicam.

## XXXXVIII.

**D**e Bovē, & Afino in Christi  
 Præsepe.

**C**um Deus in stabulo frigeret membra tenellus,  
 Præsidium Puerto Bos, & Afellus erant.  
**C**umque hyemis sævo defendere frigore certent,  
 Alternis circùm flatibus aura tepet.  
**G**loria cornigeris unus, rudentibus alter,  
 Pascere sidereis dignus uterque plagis.  
**I**gnitos utinam detur conjungere currus ;  
 Phœbus inocciduos duceret ipse dies.



In

## XXXIX.

In Herodis crudelitatem, ipsimet  
in primis exitiale m.

R<sup>E</sup>gni dirus amot! Divas evertere cunas  
Nititur, & sceptris æmula sceptra timet.  
In fremit, exortis stat cæde cavere periclis;  
Et scelerare suas mille per arma manus.  
Impatiens iubet ire, moras furor amputat omnes;  
Fert adeò indignum mens agitata nefas.  
Dùm tamèn innumeræ sparguntur sanguine cunæ;  
Dùm teneros flores stricta machera metit;  
Pignoribus, miserùm, tot matris ab ubere raptis,  
Hæres, decepto, Regius ense perit.  
Ah sibi feralis feritas! Quam cæde tuetur,  
Respuit insanum lapsa corona caput.  
I, sceleri fidas. Hinc tu, Rex impie, discas:  
Opprimit auctorem sæpè ruina suum,

L.  
Dies Natalis.

H<sup>A</sup>c oculis lux prima meis affulsi, & udos  
Hæc vestigales prima poposcit aquas.  
Campanis infusa cadis, nè vina propines;  
Nec spargat nostras nardus odora comas.  
Heù mihi funestas eadem lux implicat umbras;  
Sollicitatque meam sæpè reversa necem.

Dc

## LI.

**D**e S. Dominico,  
Ejusq; effigie cœlitùs demissa.

**E**rgò Arti natura vacat, docilisque magistrum  
Sustinet? in superis pingitur ergò polis?  
Quiscolor? & pretium, quæ forma coloribus auget,  
Divinasque levi distinet arte manus?  
**O** Decus Hesperiz, à Domino cui nomen, & omen,  
Et quo par soli Beticus ardet honor;  
Tahtameres. Astris nè gloria cederet, Orbì,  
Qui tenet Archetypum, reddidit effigiem.

## LII.

**D**e S. Marina.

**D**um timet ingeniti cædem bona Virgo pudoris,  
Barbara fæmineum cingit abolla finum.  
**A**biicit ergò peplum, flavosque abrasa capillos,  
Sylvicolis addi cætibus ipsa rogat.  
**A**dditur. Offensi nè ferrebat ira Tonantis,  
Assiduo graciles irritigat imbre genas.  
**A**t scelus objicitur tamèn. In simulatur adulteri;  
Et notat obscenum falsa puella matrem.  
**V**irgo, quid obiecto palles de criminè? Causam  
Te melior, sumpta cyclade, nullus ageret.

De

## LIII.

## De S. Agatha.

Dote verecundi Virgo spectabilis ostri,  
Qua roseos haurit Sicelis ora dies,  
Maxima ne gemeret genialis damna pudoris;  
Quam thalamos, magis est ausa subire necem;  
Irasci Praetor, ridere Virago Superbis  
Arserit ille minis, despicit ista minas.  
Ingeniosa ferus tormenta exquirit; at unum  
Plus valet e cunctis ad feritatis opus.  
Vix jussum; niveas Lictor secat ense papillas;  
Sed tamèn à succis aurea mala suis.  
Præsttit hæc animos si forti in agone viriles,  
Quam benè dat validum secta papilla virum!

## LIV.

## De S. Apollonia.


Tridentes ridet Virgo imperterrita flamas;  
Dùm citat ardenter flamma citata necem.  
Increpat ergo motas; avidisque arsura favillis,  
Pectoris indomitas obiicit ultrò nives.  
Cùm tamèn ingentes addant incendia vires,  
Jàm ruit, & pœnas occupat ipsa suas.  
Sæve Tyranne, modum discas. Vis acriùs illam  
Plectete; Sopito frigeat igne rogus.

De

## L V.

## De Puer IESV in Præsepio.

**E** Quis Puellum amare desinat DEUM?  
 Undis coma rum colla spargit aureis,  
 Et ipse purum totus est aurum Puer.  
 Culmos, & amor, & ardor inter hysspidos,  
 Ut suavis urit ! ut beatos excitat  
 Ignes ocellis, algido sub æthere ?  
 Bruma furente, nutrit in genie rosas,  
 Soloque vernalis, ipse flos pulcherrimus,  
 Cui æmulantes sibilant ethereæ.  
 At nos Puellum, vel feris amabilem ,  
 Quem bruta notunt, quem verentur sidera,  
 Amemus, arctis implicemus brachiis ;  
 Nam cordium JESUS cor est amantium.  
 En ut labellis incitat corallinis  
 Centuplicatas figere ardoris notas !  
 Amemus, osculemur, ac tota in labris  
 Anima excubans, beata libet oscula.  
 Inusitato si quis obduret gelu,  
 Erit vel excors, acre vel cinget latus,  
 Marpesio resectus è viscere, lapis.  
 At quis Puellum amare desinat DEUM ?



Ad

## L VI.

**A**d Christum Dominum, in Præsepe jacentem.

## Primus Pastor.

**A**lme Puer: nám certa fides, venisse Sionis,  
Sub nostræ, allatum, tegmine carnis opem:  
Qui modò captivam dignatis visere gentem,  
Et miseræ antiquo solvere colla jugo:  
Excipe, quas humili persolvo pectore, grates,  
Et quæ de niveo munera lade fero.  
Plura quidem ferrem, tenui si plura licent.  
Oblati pretium muneris est animus.

## L VII.

## Secundus Pastor.

**S**Alve, nate Deus, nostro qui gaudia corda  
Tot paris, & stabili jungere pace venis.  
Nulla dehinc lœdet nostras injuria caulas;  
Ludet cum placidis tutior agna lupis.  
Artifices mel nescit apes, quod ab ilice sudat:  
Nectaræ fons undat, flore December olet.  
Lætitia communis amor. Simùl excipe plausus,  
Dùm natum resonat nostra Cicutæ DEUM.

Ter-

## LVIII.

## Tertius Pastor.

**A**Se ego quas referam, Puer ò pulcherrime, laudes,  
 Qui gracili instauras pascua lata gregi?  
 Lata paras; neque enim variis tot floribus unquam  
 Vidi Bethlemiticum vere nitere solum.  
 Jam post longa venis hominum suspitia; & oreus  
 Das nitidam media in nocte videre diem.  
 Hem! licet insternant humiles Præsepio cunass,  
 Divinum tenero splendet in ore jubar.  
 Inflatis animi obsequium testarer aenis;  
 Et tamèn Angelicis laus tua digna tubis..

## LIX.

## De SS. Pueris Innocentibus.

**A**Udin? Attoniaz resonant ululatibus auræ,  
 Et reboat mæstis ora Bethlema jugis.  
 Sanguine ab innocuo Iudeus; Mæstissima Rachel  
 Pignora de mammis luget adempta suis.  
 Dùm ferit, ac durus geminat dùm vulnera miles,  
 Vix habet exiguo in corpore sica locum.  
 Parva licet sint membra, feris nec idonea cultris;  
 At satis est meritis apta corona comis.

## L X.

In Feste S. Philippi Nerij,  
 Cùm Roma , accensis passim lu-  
 minibus, solemnem, vel no-  
 ñtu, ageret diem.

Roma flagrat. Sevis iterum dat pabula flammis?  
 Iliacas iterum devorat ignis opes?  
 Vivit, an immanem revehit Stygis unda Neronē,  
 Qui perdat patrios, igne furente, Lares?  
 En tamèn ardentem, felicis at ominis, Urbem;  
 Dùm sacrant hilares publica vota focos.  
 NERIUS hæc poscit, si flamma corusca per ædes  
 Aethereas vincit multiplicata faces.  
 Ardeat, & radiis jäm provocet astra. Philippi  
 Plus radiat pietas, plus tamèn ardet amor.

## L XI.

In Diuvm Petrum lacrymantem.

Lumina vexat hyems, lacrymosis aspera nimbis:  
 Et bibit à gemino fonte doloris aquas.  
 Dùm tamèn assiduos cordis dolor excitat imbreß;  
 Arguit emersam flebilis unda fidem.  
 Da Petre, da lacrymas. Quem perfidus ore negasti  
 Nosse hominem, madidis confiteare oculis.

E

De

## L X I I.

**D**e S. Francisco Assisiate.  
In Sacro Alverniae Monte.

**S**Cissa vides altas minitari saxa ruinas?  
Heù Domini turpem condoluere necem.  
**H**ec Umber meditatur inops; & vulnera tandem,  
Quæ cordi infixit, pesque manusque refert.  
Spirat adhuc pietas, & adhuc intermicat umbras;  
Intrat & æthereus viscera rupis amor,  
Quin & adhuc gelidæ servant incendia cautes;  
Nutrit adhuc divas horrida sylua faces.  
Hinc pius est horror; sacro reverentia luco est;  
Aspera delestant hic; in amoena placent.

## L X I I I.

**D**e eodem Argumento.

**Q**uà tumet elatis felix Alvernia clivis,  
Quà riger umbris feris horrida Sylva comis.  
Dùm liquidas haurit Franciscus ab æthere flamas;  
Dùm levis excessu mentis in astra salit;  
Ecce decussatus proceræ à vertice fagi,  
Prædam naëta suam, spicula vibrat Amor.  
Cur, Francisce, doles? jàm vulnera perficit Amoris;  
Non tuus ille foret, ni sua præda fores.  
Nè tamèn indocilem Francisci crede dolorem;  
Non dolet impatiens; impatiens amat.

De

L X I V.

**D**e Christi Domini Circumci-  
sione. *Vocatum est Nomen  
eius IESVS.*

**I**nnocuum parcas effundere, Mystra, cruentem:  
Laetecolam cultro cedere parce, cutem.  
Sat fuerit, lacrymis mortalis pendere vita  
Fœnora; sat gelido procubuisse solo.  
Lexne probro Dium non eximat aspera pupum?  
Rideat an cursum turpis Apella Deum?  
Parce; sed en rigido Puerum mucrone cruentum.  
Salvificum tanti Nomen JESVS emit.

L X V.

**In Christi Domini  
Circumcisione.**

**M**ucrones acuunt aliena in vulnera cotes;  
Cos tamèn in Christi vulnera mucro fuit.  
Ergò qui tenues vitæ vix hauserat auras,  
Saucius innocuo sanguine spargit humum.  
Sparserit. Exanimis bifido cum robore penderet,  
Cos poenam, multo scissa dolore, dabit.

## L X V I.

## Ad Christi Domini Crucem.

Qua te laude canam *Sylvæ decus, aurea Cæli  
Clavis, & ò superi clava tremenda Ducis?*  
*Cùm Styga deiiceret, cùm victor adiret Olympum,*  
*Rumperet & solidas ex adamante setas;*  
*Strinxerat arma Crucis. Lethi cadit hostia vindex;*  
*Mœstaque tu steteras Ara, minister Amor.*  
*Tu pavor Eumenidum; nostræ sed certa salutis*  
*Tessera sanguineis undique picta notis.*  
*Prociduus veneror. Delati magna triumphi,*  
*Tu nisi pars fueris, sola triumphus eras.*

## L X V I I.

Christus, inclinato capite,  
emisit spiritum.

Embra cruento madent, bifido pendetia truncu;  
 Jämq; animam sua per vulnera Christus agit.  
 Hinc humilis solamen habe. Quicumque superbiſ,  
 Ponere fastosum disce supercilium.  
 En, cæli regnum quod solus humillimus intrat,  
 Sentiibus obductum deicxit ipse caput.

De

L X V I I I .

De Beatissima Virgine,  
Sine ulla peccati originalis labe  
concepta.

I Nvida quæ superum nubes insultet Olympum?  
Quæ rutilam Solis scanderet umbra domum?  
Quæ frangat Syrtes celerem super æquora puppim,  
Cui divi laxet Pneumatis aura sinus?  
Incumbat pelago Thetis. Quis cœrula Caurus  
Turbet, ut indomitis naufraga cedat aquis?  
Misceat an Ditis cœlestia gaudia luctus?  
Et gemat Eumenidum viæta dolore Chatis?  
Quid moror? Una, Deum niveo quæ viscere clausit,  
Unica primævæ nescia labis erit.

L X I X .

Idem Argumentum.

S Ponfa, Deique Parens, æternæ filia lucis  
Concipitur. Cœli concipe lætitiam.  
Contrahat an labem? Nihil est cum luce tenebris,  
Inficit ambrosias nullus amaror aquas.  
Ergo primævam potis est vitare ruinam?  
Credere tam fas est, quam dubitare nefas.

## L X X.

In Nativitate Beatiss. V.  
M A R I A E.

**N**ascere Virgo; diù nobis quid gaudia differe?  
Nascere, & alba tuo fulgeat ore dies.  
**F**los sterilem fœcundet agrum, qui vere nitescat  
Perpetuo, & nostram diter odorus humum.  
**V**ota quid in longum torques? Jàm nescia fati  
Secula, conceptus obstupeare tuos.  
**N**ascere; at en natam. Tantæ ad cunabula Pupæ,  
Obstetricatas Gratia fundit opes.  
**D**icite, iò, carmen. Stygias jàm fulminat umbras;  
Jàmque uno discit figere crine Deum.

## L X X I.

## Idem Argumentum.

**S**Pes radiat portus. Tumidos jàm ludite fluætus,  
En orta est nostri Stella corusca Matis.



De

L XXII.

De incomparabili D. V. Mariæ  
pulchritudine in Rosario  
pulchriùs expressa.

**A**uroræ similem dicam? Ast Aurora nitorem  
Perdit, præ rutilo Virginis ore, suum.  
**E**xprimat an ~~P~~eben? Niveis en subdita plantis.  
An Solem? Radios non habet ille pares.  
**C**ui assimilem? Similem superus non invenit Orbis,  
Tellus? Auricomam conferat ipsa Rosam,

LXXIII.

De S. Barbara V. & M.

**B**Arbarici expressit nūl unquam Barbara. Rebus  
Non benè conveniunt nomina sèpè suis.  
Impia barbarici cùm vicerit arma Tyranni,  
Demeruit nomen Barbata virgo suum.



## LXXIV.

## Eidem.

**F**ulmineos cælum quāmvis intorqueat ignes,  
Evitat yestram tottilis ignis opem.  
Iracunda meis excudi fulmina noxis.  
Pœnitet; at pavidum, Virgo, tuere caput.

## LXXV.

Ex raptu Proserpinæ  
moralitas.

**I**nfernus tulit in prato Proserpina raptus,  
Delicias inrepos quoque Pluto rapit.

## LXXVI.

Pavonis cauda, ad muscas abi-  
gendas composita.

**F**it leve muscarum Junonia pompa flagellum,  
Disce hinc, & fastum pone, superbe tuum.

D.Cas.

## LXXVII.

**D.** Catharinæ Senensis ad Sponsum Cælestem suspiria.

Corde mutuo alterius ab altero tandem accepto.

Ad illud Psal.

*Ponam ascensionem, in corde.*

**S** Ponse veni. Prolixa nimis mora torquet amātē,  
 Quis ferat amplexu candiū abesse tuo?  
**A**h quoties avidas rapuerunt sidéra lucēs;  
 Sideribus quoties florida gerra suis;  
**A**t Sponsus, dixi, longē formosior ardet,  
 Et sine te pallent sidera, fardet humus.  
**D**eliciis nisi, Sponse, tuis fruar ipsa beatis,  
 Pax animo nulla est integra, Sponse, veni.  
**S**zpē volant innixa citis suspiria cautis,  
 Et nulla est votis aura secunda meis,  
**C**ùm tamēn impatiens ad te cor explicit alas,  
 Tuit̄or expediam, jām duce corde, viam.  
**H**ec Virgo. Aethereas avida dūm mente favillas  
 Ebibit, & votis angitut; inquit Amor:  
**C**or mihi crede tuum, quo tecum vivere possim;  
 Quo possis mecum vivere, credo meum.



E 5

De

## L X X V I I I.

## De S. Apollonia.

**S**ævit in immetitos scelerato forcipe dentes  
Lictor, & innocuum diripit oris ebur.  
Virgo tamèn cæso magis exprobat ore Tyrannum;  
Sanguineoq; magis candidat ore fides.  
Quin & barbariem Virgo imperterrita ridens,  
Irrisos lacerat, vel sine dente, Deos.

## L X X I X.

## De S. Apollonia.

**O**s tunsâ innocentum, dentes simùl eruta eburnos  
Plus valet ad Sponsi sanguinolenta fidem.  
Irrita vis, Lictor. Cæso potis ore molares;  
Non tamèn impavido vellere corde Deum.

## L X X X.

## De S. Apollonia.

**I**Mpavidâ Chisti dum torquet Amazona lictor,  
Terror, at ipsa nihil territa barbariem.  
Constat enim, gracili quamvis in pectori virtus;  
Quin data majorem poena ministrat opem.  
Intemerata fidem, simùl intemerata pudorem,  
Avulsis pugnat dentibus ipsa suis,

Di-

## LXXXI.

Divæ Virginis Matris  
Epithaphium.

Virginis hic potuit luces urgere coruscas,  
 Qui nitido placidus sedet in ore sopor.  
 Hic fuit, hic puræ liquit vestigia lucis,  
 Jam super æthereos Virgo reve&a Choros.  
 Delicias rapuisse suas lætatur Olympus;  
 Et nisi rapta foret, raptus Olympus erat.

## LXXXII.

De eadem V. Matre in Cœlum  
assumpta.

Quæ est ista, quæ ascendit, sicut  
 Aurora consurgens  
 Cant. 6.

Pulchra genas, radians oculos, aurata capillos,  
 Exprimit Auroram Virgo corusca novam.  
 Utique scit nodis tenebras devincere: Solem  
 Una parit, Solem parturit una suum.  
 Discriben subeunt. Aurora sub æthere fulget;  
 Intulit hæc roseum vel super astra diem.

E 6 De

## LXXXIII.

**D**e S. Teresia,  
Cùm sæpiùs illud repeteret:  
*Aut pati, aut mori.*

**A**Estuat æthereis quàm dulce Teresia flammis;  
Pascitur at flammis Virgo teresa suis.  
Sponse, frequens geminat, da jucundissime, lögum,  
Sivè pati, celeri funere siuè mori.  
Passa pari nubam passo crudelia Sponso;  
Nil mihi præterea nisi patiar, moriar.  
Sic lentos generosa petit sævite dolores:  
Improbis ægrotaz fit medicina dolor.  
Quàm benè Cælesti sua vota expendit Amanti!  
Dulce pati Sponsæ est, dulce in amore mori.

LXXXIV.  
**D**e S. Teresia.

**C**Ælestis venatur Amor, volucresq; sagittas  
Jàm torquere parat: meta nec ulla patet.  
Cùm sua contortis dans corda Teresia telis,  
En cor, ait, certo vulnere fige meum.  
Collimat, simùl & cordi mox vulnera figit;  
Nec sua frustratus spicula vibrat Amor.  
O' Amor, æthereos venator docte per agros,  
Ecce refert laudem faucia præda parem;  
Nàm tua si missis Virgo fit meta sagittis,  
Es quoque tu votis meta suprema suis.

De

LXXXV.

De S. Apollonia.

V T Pharium lusit fortissima Virgo Tyrannum,  
Concitus accenso sævit in ore furor.  
Sævit, & impactæ feriunt ubi fulmina dextræ,  
Vicit nativas mala cruenta rosas.  
Mox oris populatur ebur; mox candida rivis  
Fragmina sanguineis erubuere suis,  
Territa nec Virgo est. Niveos impendere dentes  
Exiguum sponsæ ducit amantis opus.

LXXXVI.

De S. Apollonia.

Cum ignem sibi paratum vltro  
insiliret.

I Mpiæ quod tenuit mandata capessere Regis,  
Atque profanatis thura adolere focis;  
Funereos tollunt ignita volumina gyros,  
Ac truculenta suas explicat ira minas.  
Palleat an Virgo? Majoribus incita flammis,  
Insilit ardentes esca voranda rogos.  
Sic ea barbariem lusit; sic inclyta tandem  
Ipso inter flaginas claudit ingeritu;

Idem

## LXXXVII.

## Idem Argumentum.

**I**Nfilit Empedocles ardente frigidus ~~et~~nam;  
 Insilit ardeutem torrida Virgo rogam.  
 Par ausus, dispar virtus, & gloria dispar;  
 Nec volat ad metam bina sagitta patem.  
 Infelix gemit æterna sub nocte sepultus,  
 Evolat ad Superos Virgo beata lares.  
**I**lævi Lictor. Quo se furor armat, eodem  
 Emicat igne pudor, dimiticat igne fides.

## LXXXVIII.

In Herodiadis filiam; cùm ab im-  
 pio Herode Caput S.Io: Bapti-  
 stæ exoraverit obtruncandū.

**O**Bsequitur poto lasciva puella Tyranno,  
 Ad cytharæ numeros docta movere pedes.  
 Exigit exiliens inter convivia plausus,  
 Vix pedibus summum lambere visa solum.  
 Rex medium Regni, miratus ludicra, spondet,  
 Nec dubiam sponsis addidit ipse fidem.  
 Vis tanta illecebris. Vanis diademata Regis  
 Fœmineos poscunt despicienda pedes.  
 Dagladio, Baptista, Caput. Quam cœca libido  
 Mancipat imperio, despicit Imperium.

Apo-

LXXXIX.

Apocheos ; siue  
Abstinentia Quadragesimalis.

QVæfita immodicis peregrina cibaria mensis;  
Torsit & assiduos læta popina coquos.  
Perfida multiplices onerarunt fercula lances;  
Unde sua venter naufragat ingluvie.  
Sat barathro indultum. Satient jejunia mentem;  
Esca sat est animæ deliciosa, fames.  
Sordida qui nimio per bacchanalia luxu  
Ebrius eructat, sobrius esuriat.

XC.

Ad illa nefarii Pilati verba:  
ECCE HOMO.

IMpius, ecce hominem, populo spectante, Pilatus  
Clamat, & ora hominis conspicienda notat.  
Ora sed innumeris passim liventia probris,  
Obtutus, miserum, dilaniata negant.  
Fronti nulla manent nitide vestigia formæ;  
Infandi siquidem præda furoris abit.  
Ast ea perpeccatum, crudelis, & impie Præses,  
Fasque referre hominem, fasque referre Deum.

De

## X C I.

# De triumphali Christi Domini in Hierusalem ingressu.

**I** Am crucis urget amor. Solymæ dūm pergit ad  
Et superum felix vēdat Asellus Herū; (Vrbem,  
I facidæ sternunt festivo carmine vētes:  
Ornat iter cæsis obvia sylva comis.  
**H**os repetit Christus, jām jām moriturus, honores,  
Vosque triumphanti sternite corda Deo.

## X C II.

# Dominica Resurrectio.

**S** At maduere genæ. Perimant modò gaudia lu&tilde;us;  
Et rivos claudant lumina mœsta suos.  
**L**ux tedit ad Lucem. Reparans en vita feretrum,  
Extincto superefta victima cæsa rogo.  
**C**ùmque suo vigeat vivax à funere Phœnix,  
Multæ sepulcrales abiicit umbra moras.  
**V**icit, jō, nobis. Tenuit quæ plasmata lethum,  
Ut foret his vitæ forma, reformat Amor.

De

## CXIII.

**D**e B. Rosa ,  
**C**ui Virgo Mater cognomen addidit,  
 mandans , ut Rosa à S. Maria  
 deinceps nuncuparetur.

**N**omen habet roseū, roseos cum nomine mores?  
 Os roseum: roseus fulget in ore pudor.  
 Tota rosæ similis Rosa fit; simùl hanc, simùl illam  
 Spina rosam cingit ; roscidus humor alit.  
 Flos viretauricomus; Divæ mens aurea floret;  
 Utraque pulchra niter, utraque suavis olet.  
 Vita brevis flori tamèn est; Rosa diva petennat:  
 Hanc Venus, hanc adamat Maxima Virgo Rosa.

## X C IV..

## De B. Rosa.

**D**elicias en, Flora, tuas . Formosa nitescit  
 Jam Rosa, & insolito vere coronat humum.  
 Delicias tamèn ipsa tuas nè coniice floremi,  
 Auspice, quem, cœlo, ditior ora tulit.  
 Dignior, Elysia Rosa quæ florescat in agris,  
 Surgit humo: tamèn & nescia surgit humili.  
 Ridet, & ambrosias simul hautit, & evocat auras;  
 Halat, & ætherias spargit odore plagas.  
 Lascivæ olfaciant Pæstana rosaria nates;  
 Indica Divini fit Rosa cordis odor.

De

## CXV.

# De gloria Christi Domini in Cœlum Ascensione.

**M**ortis ab exuviis, patrio superaddit Olympo,  
 Enth ea cognatas lux rediviva faces.  
**J**amque coruscantes religantur ad esseda nubes;  
 Jam fert nubivagos prona per astra gradus.  
**A**volat, & superos nequeunt velocia tractus.  
 Lumina metiri, luce sed ita cadunt.  
**I**ngerit attonitis radiantia vulnera Cœlis;  
 Qua potis empyreas vi reserare fores?  
**D**ura pati renuas? Christus cùm regna subiret  
 Jam sua, multiplici vulnera stravit iter.

## XCVI.

# Christo Domino in Cœlum ascendi.

**A**lea remetiris volucti vestigia gressu,  
 Et quæ duxit Amor, Christe, reducit Amor.  
**E**ripit at nostrum nubes nimis invida Solem;  
 Nam sine te moritur no&te perempta dies.  
**L**umine sic viduas? orbum sic deseris Orbem,  
 Dum liquidum peragunt esseda nubis iter?  
**P**one sequar; sed corde sequar. Cor adiice prædis  
 Ipse tuis, qui das addere posse, meum,

De

XCVII.

De Augustissimo Eucharistiae  
Sacramento.

*Memoriam fecit mirabilem suorum.*  
Psalm. 110.

**T**Antus amor Superis? Homini sol fulget; eidem  
Mens rotat astrigeros officiosa globos.  
**N**o<sup>te</sup> quies, sub luce labor; distincta vicissim  
Tempora deliciis sunt operosa suis.  
**P**endula stet, vario tellus pulcherrima cultus;  
Et circumfusas unda ministret opes;  
**F**ulchra; sed ingenti meliora coronide. Parcè  
Omnipotens picto lusit in orbe manus.  
**M**e tamèn Æthereum satiat dum nectar, & ipsum  
Delibo, exiguae frugis in orbe, Deum;  
**H**ic operum limes; sibimet vis entheas cedat;  
Nil ultrà est, dius quò gradiatur Amor.

XCVIII.

In Sacram Synaxim.

**I**SACIDÆ esuriunt. Subitis ruit imbris æther;  
Divesque omnigeno manna sapore pluit.  
**I**nvideas altis deserta per avia? Patres  
Sat pepulere famem, nil pepulere necem.  
**N**unc datur ambrosio melior dulcore, perennem  
Quo valeas vitam vivere, Vita eibus.

In

## XCIX.

## In Visitatione B. V. MARIAE.

**H**Ermonios Virgo subiens festina recessus,  
Montanas carpit Numinē plena vias.  
Officium Virgo tanta de Virgine discas;  
Ire monet pietas,& properare pudor.

## C.

## Idem Argumentum.

**F**estinos ducit montana per aspera gressus,  
Cognatosque beat Virgo beata lares.  
**C**oncepta in Sterili Vox est, in Virgine Verbum;  
Vox hilaris Verbum gestit adesse suum.  
**D**iscite prodigium. Effatam dicaverit alvum;  
Virginis ore duplex gratia dicat Anum.

## C I.

## De Sacra Sinaxi.

**E**st Deus in nobis; fidibus cecinere disertis,  
Esca Deus nobis, accinit una Fides,

In

## CII.

In Nativitate S. Ioannis.  
Baptistæ.

**S** Era sub effuso pubescunt germina truncō;  
 Et poma exuccus mitia ramus alit.  
 Segnis ager jām flore nitet, quo dives Idume  
 Omnigenas gaudet vincere veris opes.  
 Plura stupe. Sterilem proles fœcundat Elisam;  
 Et simūl annoso viscere fætat Anus.  
 Nascere, dive Puer, summi fax nuntia Solis;  
 Nuntia Vox Verbi, nascere, dive Puer.  
 Jām radios aperi; rectos jām suggere calles,  
 Phosphorus ante diem, Prodomus ante Deum.

## CIII.

## De Divo Francisco Paulano.

**I** Nsanum sine linte domat, sine remige pontum  
 Una parat linternam, remigiumque fides.  
 Dūm volat explicitis infida per æquora lanis,  
 Dūm regit impavidos Sicelis unda pedes;  
 Nereidum Chorus obstupuit. Mox inguine turget,  
 Nec valet attritam mergere Scylla ratem.  
 Altius humanis Calaber caput extulit undis;  
 An liquidas poterat naufragus ire vias?

Dc

## C I V.

**D e Calabro Thaumaturgo,  
siuè  
D e S. Francisco Paulano.**

**A** Terram juvat in pelago stravisce lacernam,  
Et præstat celerem strata lacerna ratem.  
Dùm ruit, & validas fornax vomit ore favillas;  
Intrat, & impavidas obiicit ipse manus.  
**C**ombustum vocat, & mediis salit ignibus agnus:  
Efrixo piscis jàm natat inter aquas.  
Reddere quod jussus, soleas excusfit Asellus:  
Vix sata dat patulas atbor adulta comas.  
Informes pueri digito cùm pinget artus,  
Pulcher habet nares, os, oculosque puer.  
Si stringat nummos, calidum premit inde cruorem:  
Evocat, & cineres excitat è tumulo.  
At quis Pauligenz tot gesta per ardua perget?  
Nil moror. Ipse vices Omnipotentis habet.

## C V.

**Cùm ejusdem Sancti Cingulo  
præcingeretur.**

**F**irma diù hostiles riserunt Pergama dextras;  
Præsidium culto è marmore Pallas erat.  
Lanea Palladio me zona potentior armata  
Quo Stygias potero fune ligare manus.

De

C V I.

De S. Francisco Xaverio,  
Ejusque in Indias Orientales ex-  
peditione.

Quà propiora vident orti cunabula Solis:  
Quà ferit argutum Memnonis ora jubar,  
Tota Acherontæ is involvitur ora tenebris,  
Et litat larvis Ara profana suis.  
Ut nigra Xaveri diffusus in agmina fulgor:  
Extulit, & rutilæ signa tremenda Crucis;  
Luce profligatas procùl hinc exterruit umbras,  
Et simùl ætherio fulsit ab axe dies.  
Viator, id. Cæcis noctem qui pellit Eois,  
Hic novus asserti Sol Orientis erit.

C VII.

De S. Francisca Romana.

Quis meritū, Francisca, tuū, quis laudibus æquet?  
Spes, ò Romulidūm pulchra, corona, decus.  
Nam tua siuè poli rapis ad commercia Mentes;  
Seu juvat excessu mentis adire polum;  
Humano egressam de limite cernimus. Ipsam  
Non habet indigenam terra, sed indigetem.

De

## CVIII.

**D**e S. Francisci Salesii  
Apotheosi.

Pro Hoebeo virtus fulgore Salesia prestat;  
Vaticana suos exciter Ara focos.  
Scribe Vitum, jam scribe sacris, Pater optime, fastis;  
Nostra nouum discant vota patrocinium.  
Nil ope defuerit, pietas quem Prothea fecit;  
Idem qui populis unus, & omnis erat.

## CIX.

## It cubitum.

Ver Olvitur en Cœlum: nigris nox incubat alis;  
Et geminos pingunt sidera lapsa polos.  
Pectora, jam nimium curis labefacta diurnis,  
Alternam repetunt nocte soporis opem.  
Sopio jam vigiles; miserum tamèn una grabatum  
Insilit, & mecum larva molesta cubat.  
Irrequieta quies. Tuto quis lumina somno  
Tradat, quem lethi tristis imago subit?  
Funereas mihi sandapilas, heu, stramina singunt;  
Languida dum claudio lumina, fingo mori.

De

## C X.

## De Divo Antonio

Cùm sacras ejus Reliquias vene-  
raretur, tibiam scilicet, cum  
dextro pede integrum, & in-  
corruptam; in arca chrystalli-  
na Neapoli asservatas.

Qui Pelusiacæ per tenua cœuentus eremis,  
Cùm styge luctatus sèpè trophæa tulit:  
Qui modò Tænarias viator deterruit umbras,  
Atque tenebrosi contudit arma Ducis;  
Integer in vitrea Antoni pes clauditur urna;  
Nam decet invictum splendida tumba pedem;  
Jam fera terribilis calcavit Tattara; nunc est  
Dignus calcatis pergere sideribus,

## XCI.

## Idem Argumentum.

Hoc iniit pede bellatrix certamina virtus,  
Cùm testis Cœlum, testis eremus erat.  
Hic styga consertus delusit: hic ardua vicit:  
Hic tulit impavidos tenua per alta gradus.  
Quod tamèn immunem servet chrystallus olympos,  
Territa viatorum mors timet ipsa pedem.

F

In

## C X I I.

In solemnitate Rosarii B. V.  
MARIÆ.

**A**Emula florebant æther, mare; at ultima tellus  
 Risi; & en pompas risuaperire suas.  
**C**œrula sunt flores, cœli sunt sidera flores.  
 Certant; Virginæo causaque dicta foro est.  
**A**t roseus tandem rapuit suffragia cultus;  
 Näm Rosa per cunctas fulsit odora plagas,  
**I**n laudes certanien abit. Vos plaudite saeras  
 Efflat, qui MARIAM laudat, ab ore Rosæ.

## C X I I I.

De Christianæ Classis victoriae,  
B. V. Rosarii patrocinio,  
Contra Turcas relata.

**P**raeterea miscebant acies; elataque signis  
 Luna suis, arcti sanguinolenta genas.  
**O**mnia Christiadum turmis funesta. Superbis  
 Cedere, captivitas tendere quisque manus,  
**I**mplorata piis Virgo ramèn adfuit armis,  
 Unica spes viæis, unica præsidium.  
**T**ela preces. Mox visa feros infringere Thracæ  
 Fulmina, Virginæis agglomerata Rosæ.

Ad

C X I V.

**A**d piam Christi, de Cruce pen-  
dantis, Imaginem.

**C**hriste, meū scelus est, duro quodd robore pendess  
Sors mea, quod riguo, Christe, crux mades,  
**V**vificos aperi lacero de corpore fontes;  
Has sitio, dūm corsordet, & ariet aquas.

C X V.

**D**e oratione, & lectione  
spirituali.

**E**ste tuus ad Sponsum sermo, dūm navitēr oras;  
Est ad te Sponsū, dūm legis, alloquium.

C X V I.

**I**ESV nostro Redemptori.  
Oratio matutina.

**R**eddita sunt oculis terum spectacula moestis,  
Ut roseo fulsit mane revecta dies.  
**A**t radiis nisi, Christe, tuis mihi fulgeat æther,  
Nox mea divisum non habet imperium.

*Libri Secundi*

B I N I S.

P 2 PRO

## P R O G R A M M A

## L I B R I III.

## Angelo suo Tutelari.

**A**T non te sine Pindicos recessus,  
 Princeps, Empyrea Minister Aula,  
 Visam; fatidica vel antra Cyrrha,  
 Qui vita es pariter, viaque rector.  
 Per duros, pede cespitante, calles,  
 Per vita salebras, per astuosum  
 Aerumnis pelagum regis Clientem,  
 Nè mersam rapiat procella puppim.

Quin in Tanaria ducem phalangis;  
 Dum nostra furit invidus Corothe,  
 Dum nostram fernus ardet in ruinam,  
 Hares tu lateri, manque forti  
 Me bellare doces, nigrasque frontes.  
 Umbrarum premis, & rubere cogiss;  
 Nam decum male preliatur Orcus.  
 Nunc & Castalium reclude fontem,  
 Nè fax os mihi polluat profana.

Iam mentem calor entheatus urget,  
 Exultem Superis dicare carmen,  
 Tuteleque humilis rependo vestra.  
 Precinctam nisi respicias Thaliam,  
 Ardori faveas, benigne Custos.  
 Iam solvo numeros, Lyramque tenas:  
 Nè Cycnis tamèn obstrepat supernis,  
 Tu nostrum potes erudire Electrum.

FRAN-

329

FRANCISCI MARINI

POESIS

HIEROETHICA;

SIVE

EPIGRAMMATUM

SACROMORALIUM

*Lib. III.*

---

I.

De Anni interitu.

**A**nnus obit. Simul ac rigidas Deus ebit aurae  
In stabulo, instabili concidit ille gradu.  
Par cecidisse fuit. Brevibus quod subiacet annis  
Vita, brevem meruit Annus obire necem.  
Est tamè & funus Vitæ ad Cumabula fœnus;  
Sic vixisse parùm, ni periisset, erat.  
**Q**uod melius fatum? Morienti contigit Anno  
Lucis ad usuram substituisse Deum.

F 3 De

## I I.

# De Sanctissima MONOTRIADE.

Ergeminam vibrat Majestas onthea lucem;  
 Ceù triplici simplex fulgurat igne jubar.  
 Cū T R E S dī numero; numerus non destruit UNUM;  
 Inque sua constat simplicitate Deus.  
 Lucis origo suz, species diffusa per omnes,  
 Totus ubique manet; sed sine parte manet.  
 In se cuncta videns, oculis non indiget ullis;  
 Ipse sibi speculum, lumen & ipse sibi est.  
 Res movet immotus; distinguit tempora rebuss;  
 Nec tamē auxilio temporis ultra trahit.  
 Numen adest, & nomen abest. Sine limite, rerum  
 Linies, & aeternum par sibi principium.  
 Mens eadē, qua cuncta vigent, qua cuncta moverunt;  
 Terra stat, unda fluit, Sol micat, astra rotant.  
 O' cunctis UNUM non mensurabile seclis!  
 O' Coeli spatiis vastior alma TRIAS!  
 Necte iter, Uranie . Excelsam vis tangere metam;  
 Unus Amor pennas erigat, una Fides.



In

## I I J.

In castissimum S. Iosephi cum  
Beatiss. Virgine coniugium.

**A**urea festivas accendant sidera tædas;  
Aethereo properet culmine lapsus Hymen,  
**A**tque ubi Jesseo vegetat de stipite germen,  
Iambiat arcanas apri beata faces.  
Jàm venit in thalamum casto socianda marito  
Virgo, Divinus quam sibi spondet Amor;  
Jàm simùl innocuae coeunt in fœdera flammæ,  
Damnaque securus non timet ulla pudor.  
**A**rida, quæ didicit dextra florere senili,  
Virgineum doceat pronuba virga torum.

## I V.

S. IOANNI BAPTISTÆ,  
In desertum abeundi.

**Q**uid sylvæ rapiunt? Teneræ cur matris (ab ulnis  
Aufugiens, patrum deseris erro larem?  
Indociles per dura feras, per inhospita gressus?  
Per loca, montivagis vix adeunda feris?  
Ah redeas. Mater vitreum Jordanis ad amnem  
Plorat, & ingentes fletibus auget aquas.  
Nate redi, vocitat, solamen dulce sene&æ,  
Seraque nè rapias gaudia: nate redi.  
Tic ea. Non revocet? Deserta per avia pergit  
Ire Puer, scit quæ tutios ire pudor.;

F 4 ID

## V.

# De Carolo V. Imperatore Austriaco.

S Cepta dedit sudata labor, diademata virtus;  
     Et nisi demeritis, displicuere comis.  
 Cæsareos longè quæ dissita terra triumphos  
     Nescit, & Herculeis gesta notanda notis?  
 Conjunxit geminum frænis communibus Orbem;  
     Nec satis edomitis Rhenus, & Ister aquis.  
 Ad sua captivos dùm cogit jura Dinastas:  
     Dùm propè Marmaricos fulminat ense lares,  
 Barbara Lamechis audacia concidit armis:  
     Palluit Odrysias terræ Luna jugis.  
 Denique fortunam, cœlo tamèn auspice, vicit:  
     Infractisquæ auxilii parta trophyæ rotis.  
 Magnanimi Austriaci robur! Tot regna, tot Orbæ  
     Nil peperisse quidem, ni renuisset, erat.



In

## V I.

**In Principiis Hispaniarum diem  
Natalem.**

**F**Essus anhelabat gemini sub pondere mundi  
Beticus, ingenti mole gravatus, Atlas.  
**A**ugustos congesta humeros jām regna fatigant;  
Jamque fatigati nutat Atlantis onus.  
**V**icit Amor fatum blanditus. Nascitur ergo  
Qui ferat Herculeo robore natus opem:  
**Q**ui Thressæ viator perfringat cornua Lunæ:  
Quique graves abigat, victo Aquilone, minas.  
**M**artius in cunis Genius jām præmicat. Hostes  
Ni domet; at pulchro vinciat ore Puer,

## V I I.

**D**e eodem, idest  
**D**e CAROLO II. Catholico Hispaniarum Rege.

**S**Iderea sine nube rotat, sine fulmine lucest;  
Regius hac animos indole subdit amor.  
Fulguræ; augustæ sed fulgur amabile frontis;  
Et quatit hinc hostes mistus amore metus.  
Tanta nec extollunt Solii fastigia Regem.  
Ornat sceptra manus, non sua Sceptra manum;  
Gemmea jām decorent alios diademata Reges;  
Rex meus ipse sui est magnus Honoris honor.

F s Ia

## V I I I.

In Nuptias  
**CAROLI II. REGIS**  
**CATHOLICI,**  
**Inclyti Hispaniarum Monarcæ,**  
**Et Serenissimæ**  
**ALOYSIAE DE BORBONA,**  
**Ducis Aurelianensis Filiæ.**

**G**allicus auditur, fama referente, tumultus,  
 Regnâ quodd insidiis expoliaret Amor.  
**U**ndique mox acies armis concurrere : ut olim  
 Egerat Argolicas rapta Lacæna manus.  
**N**il mea, subridens, nil sunt opus armæ; Dioni  
 Cedite, Mars inquit; cedere cogit Hymen.  
**E**n patrias auget formosa ALOYSIA laurus,  
 Dùm rapit Hesperium Regia forma thronum.  
**R**egalem jàm Sponsa eorum pulcherrima complet:  
 Jàm beat Hesperium magna propago Jovem.  
**G**audia festinant: Venus innuit:arma quiescunt,  
 Claude coronatas, pronuba Juno, fores.



De

I X.

De S. Maria Magdalena,  
*Vt cognovit, &c.*

**S**æpius instruxit croceos in retia crines;  
Sæpius in Cyptias lumina pulchra faces.  
Cordaque duplicibus millena subegerat armis  
Magdalis; hæc oculis cæperat, illa comis.  
His tumidæ prædis aperit lux intima sordes,  
Quæ malè consultis delitue>cævitris.  
Cognovit, simùl & speculi mendacia punit,  
Fragmina cùm toto dissiluere solo.  
Mox rapit è niveo gemmatam onilia collo,  
Et fracta, Assyrias pixide, fudit opes.  
Blandaque probrosæ cùm triverit arma Diones,  
Ingemit, in lacrymas mox abitura suas.  
Quam valet insidiis mulier! Sic Magdala cæpit,  
Et lacrymata homines, & lacrymata Deum.



## X.

# De Christi Domini Incarnatione, & Nativitate.

**S**Tringit hypostatico divina, humanaque nexu,  
 Cætaque fœcundus viscera ditat Amor.  
 Nascitur, & fragili VERBVM balbutit amictu;  
 Solvere nàm carnis vincula carne placet.  
 Jàm fovet amplexu Natum sua nata Parentem,  
 Fretæ Deo Virgo fœta Parente patens,  
 Fœna torum sternunt, humilesque mapalia Cunas,  
 Cui mictat æterno strœcta adamante domus.  
 Et qui sidereas accedit in æthere flamas,  
 Frigore Sol uetus membra tenella tremit.  
 Tantatum Natura stupet nil conscientia rerum,  
 Scilicet ipse suum vicebat author opus.

## X. I.

# In SS. Infantulos Innocentes.

**V**ix oculis haurire diem didicere tenellis,  
 Cùm docuit rigidam stricta machætra necem;  
 Sorte tamèn fausta è cunis rapiuntur in urnam;  
 Vivere tunc docti, cùm didicere mori.  
 In fidei testem, non os habuere disertum:  
 Sanguinis at fusi floruit eloquium.  
 Mors aliis vocem rumpat festina puellis;  
 Discunt hi melius Mortis ab ore loqui.

In

XII.

In Iudam Iscariotam.

H Em ! quis bella movet? Quis cogit in arma co-  
Et stygia livor construit arte dolos? (horses?  
An vereat? Dicitis JESUM compellat amicis,  
Et sua dat Judas oscula. Quid vereat?  
Vincla sed iniiciunt, manibus trahiturq; revinctis,  
Ceù rabidis agnus præda voranda lupis.  
Impie, sic Dominum scelerata per oscula prodis?  
I, fidas! Sua per symbola fallit Amor.  
Ut mel apes libent, dant oscula floribus. Aspis  
Proditor è Cœli flore venena bibt.

XIII.

In Eundem.  
Suspensus crepuit medius.

Q Uam bene, dū medius crepuit, sua viscera fôdî.  
Quippè Deum tradens, viscera non habuit.



Io

## XIV.

**In Sacrilegum, qui alapam Christo Domino impegit.**

**E**T Cœlum patitur? Sceleratam plecite dextram,  
 Fulmina; sed minor hæc criminis pœna foret.  
 In Christi faciem colapho savire! quid ultra est?  
 Quas sceleri pœnas imprecet ergo pares.  
 Sysiphium, seu volvat onus, seu Ixionis axem,  
 Seu Titii assiduo vuſnere pascat avem;  
 Pœna leuis. Genuere nefas, vel sidera. Christus  
 Vix dolet, impasto fortior ipse probro.  
 Mala rubet. Feriens ita culta rosaria, cogit  
 Sapè verecundas reddere cæsa rosas,

## X V.

**Ad Longinum.**

**I**MPIE, TUNE NOVIS Facerum configere plagis  
 Gestis? & cæco, TUNE mucrona feris?  
 At quota pars fueris tantæ superaddita cædi?  
 Qui tua tam diram suppleat ira necem?  
 Tu ne? Sed o felix! Pensatur lumine vulnus;  
 Si datur amissum posse videre diem.  
 Jam ferias. Amat extinctus tua vulnera Christus;  
 Aptior ut possis, Cæce, ferire, vides.

S. MA-

XVI.

S. MARIÆ MAGDALENÆ,  
Ad Christi tuinulum  
opploranti.

Quid miseros vexat tam prodigus imber ocellos?  
Vincere quid lacrymis marmor inane studes?  
Quid calidis auras singultibus ægra lacestis?  
Quem gemis, extincta morte, revixit Amor,  
Jam revoces animam: fuso iam parce dolos;  
Perpetuis doleant luctibus Eumenides.  
Sed liquidum juvat ex oculis cor fundere dulces;  
Cum bibat à lacrymis Magdala delicias.

XVII.

De Eadem.

Æ Quora navis arat; remos dolor intimus armat:  
Anchora Spes laxat carbasa tuta Fides.  
Ingeminata leves animant suspitia Cauca;  
Sedulus in puppi navita fidit Amor.  
Navigat, & portum felici Magdala eurus;  
Max tenet, in lacrymis velificata suis.

De

## XVIII.

**DE S. JOSEPH.**  
**Cùm lethalitèr ægrotaret.**

**E**xtrémis æger Josephus anhelat in horis,  
 Certaque jàm vitæ signa cadentis habet.  
**H**inc Puer, hinc Genitrix teneros per lumen fôtes  
 Ducunt ille patri \* condolet, ista viro.  
**Q**ur avidas inferre manus mors audeat? **Ægro**  
 Vita MARIA Seni, vitaque JESUS erat.  
**F**as demùm stabili sua jura rependere fato:  
 Stare sed elogio verba suprema jubet.  
**H**æredem moriens ex affe relinquit JESUM.  
 Quid tamèn è tanto possidet affe? Crucem.

## XIX.

**DE S. JOSEPH.**  
**Idem Argumentum.**

**E** Moritur Joseph: morienti scribitur hæres  
 JESUS, ut à tumulo posthumus iret amor.  
 Res habeas, fili, tua sint licet omnia, nostrass;  
 Quicquid erit, nostri pignus amoris erit.  
 Sic fatus, totum largitur prodigus affem.  
 Is capit, & clavos, ligna, tudemque capit.

In

\* Nutritio scilicet; ut apud D. Hier, lib. 5. Com, c. 2. Mat,

## XX.

In recentis Cometæ appari-  
tionem.

**D**imelius. Monstris terret radiantibus æthero,  
 Et longas ardent astra soluta comas.  
**A**ccendunt radiis iram, portenta minantur;  
 Sed magnis loquitur lingua nefasta viris.  
 Jam trepidant alii; casum speculentur, & oculum;  
 Quem tristi feriat cuspidiæ Stella polum;  
 Nil mihi cor salit, & laeo nil omne frangor,  
 Si sceptro vacuam saæ dedere manum.  
 Dum ludo clausis cœlestia spectra fenestris,  
 Inde mihi risus, Regibus unde metus,

## XXI.

## De eodem Phænomene.

**F**ulgore alliciunt mæsto tamèn omne terræ  
 Visa recens Italo fulgida monstra polo.  
 Purpureos horrere Viros, & in orbe Tyrannos  
 Monstra jubent; alias ponere corde metum.  
 Nec me sollicitant. Facilis de munere Phœbi,  
 Vim fati nostræ non patiuntur opes.  
 Sic mea securus componit lumina somnus;  
 Sic mihi fortunæ mitior improbitas.

De

## XXII.

De B. Stanislao Kostka.  
E Societate IESV.

**A**E Mula de Puerò contendunt Numinæ; tandem  
 Ad justas fertur lis dirimenda manus.  
**I**n genium Pallas, formam' Venus alma venustam.  
 Vendicat; at cujus nobile pignus erit?  
**P**alladis ingenium, Veneris sit forma; pudicum  
 Sed Puerum JESUS astruit esse suum.

## XXIII.

Cùm sacram speluncam, ad Montis  
 Gargani radices, in Appulia viser-  
 ret, Apparitione S. Michaelis Ar-  
 changeli admirandam.

**S**Tat Gargana Specus, nitidi non indiga Solis,  
 Qùm nitet ætherois pervia facta Choris.  
**S**æpiùs huc Michael celeres defletere pennas,  
 Jam solet hic radios explicuisse suos.  
**A**ntraplacere Superis, Superū hám pulchrior Ales  
 Abdita, posthabitis, excusat antra, polis.  
**O** Specus! ò populis merito risenda remotis!  
 Cor pendere meum pendula saxa docent.  
**H**uc mecum propera, Cyrrhæque oblita recessus,  
 Dulcius hinc discas deproperare melos:  
**A**ngelicis socianda lyris vin carmina solvas?  
 Hic juvat, hic numeros, Musa, ligat tuos.

De

## XXIV.

## De S. Francisco Borgia.

I Numeri lacerant Augustæ tempora vermes;  
 Et formæ ingentes depopulantur opes.  
 Amisere putres aurata volumina crines,  
 Sidera frons, vivas ultraque mala rosas.  
 Aspicit; at lacrymis urget vix Borgia lucess;  
 Creditur effusas detinuisse stupor.  
 Obstupuit subitas cinefacta per ora ruinas;  
 Cunctaque crudeli mortis adempta manu.  
 Ex animo fastus mox cogit abire superbos.  
 Erudiit genium cognita largia suum.

## XXV.

## De eodem Argumento.

H Ecce adoratæ radiantia fidera frontis?  
 H Ecce, formosæ florida pompa genæ?  
 T am citus è gemino decepsit lumine fulgor?  
 T am brevis augustum dissipat hora decus?  
 Ingenui hos habui cineres idoli amoris!  
 Hunc humili decuit poplite adite thronum?  
 Sat nugis; fatis est. Humanæ ludicra scenæ  
 J am novi. Est oculis larva reclusa meis,  
 Ite, animi dolor, & fati ludibria, fastus;  
 Falle dehinc alios, Aula superba, vale.  
 Discite. Si doctas aperit Libilitina cathedras,  
 Borgia doctorem putre cadaver habet,

In

## XXVI.

In Christi Domini Natali die.

**N**ascitur ecce Deus. Ne tecta per aurea quæras;  
 Auratae capiunt monstra superba domus.  
 Jam Pueris stratis inter Præsepio cunis,  
 Excipiunt tenerum stramina dura latus.  
 Dura? Decussatos habeant eum stramina culmos;  
 Molle cubat, positæ stant ubi mille Cruces,

## XXVII.

Idem Argumentum.

**A**urea lux oritur media sub nocte : silescunt  
 Omnia; sed fatinoxque, diesque potis.  
 Pandit in auditum Verbum nox alta Dicis;  
 Et verbum nocti fatur amica dies.  
 Nec lateri eloquium ; gemina dum luce loquuntur  
 Fax nocturna diem , faxque diurna Deum,



De

## XXVIII.

De S. Ioanne Baptista.  
Apertum est illicò os Zachariæ.

Quem dedit Elisabe sterili de viscere Natum,  
Præstitit ante virum, quām foret ipse Puer.  
Præluxere quidēm tantis miracula cunis;  
Nec dubium magni nominis omen erat,  
Zacharias fatus; quidni? Vox editur, ergo  
Solvere muta prius debuit ora patris.

## XXIX.

### ECCE HOMO.

Innumeris qui meta flagris, qui præda doloris;  
Sanguineo crebrum purpurat imbre solum.  
Nosce dehinc hominem: formā licet auferat omne  
Sævitia; ac toto langueat ore decus.  
Cùm tamèn inflexo deludat pectore plagas,  
Si nequeas hominem noscere, noscere Deum.



In

## XXX.

## In Christi Domini die Natali.

**V**Agit Amor. Nostrum poscit vagitus amorem;  
 Oscula Divinus nostra puerus amat.  
**Q**uis neget amplexus, roseis & basia labris?  
 Centuplices animæ, basia, delicias?  
**U**t nitidis Titana comis, cervice pruinas  
 Vincit! Punicas utraque mala rosas!  
**U**t radiant, licet à liquidis humentia gemmis,  
 Lumina! Et ut lacrymis roscidus ardet Amor!  
**V**itales nisi concipiat quis viscere flamas;  
 Vel glacies riget in pectore, vel cor abeat.

## XXXI.

## In Christi Domini die Natali.

**E**n vita, en lacrymæ. Humanas vix halitat auras,  
 Et bilit à lacrymis prima alimenta suis.  
**Q**uis dolor æthereos liquidus conturbat ocellos?  
 Nostra quid in vitæ limine Viragemit?  
**U**bera det Virgo roseis admota labellis:  
 Nenja virgineo sit recitata sinu;  
**A**t gemitu nil parcit Amor, nil parcit Amor;  
 Męror; & irriguis diffluit unda genis.  
**Q**ua Puerum valeant lenire crepundia? Dextræ  
 Da clavos, ensem, spinea ferta, Crucem.

In

## XXXII.

In Sacras Principis Apostolorum  
reliquias, in vase chrystral-  
lino asservatas.

F Regeras impavidum verbo muliercula Petrum,  
Fraðumque ire graves impulit inficias.  
Ter Christū negat inconstans; ter utrumq; reversus  
Damnat in assiduos lumen abire lacus.  
Sic dolet, &c lacrymis sic lumina vexat amaris,  
Ut potis irriguas unda cavare genas.  
Chrystallus condit. Rigidis su nata pruinis;  
Hanc reor è lacrymis dirigiſſe suis.

## XXXIII.

## De Divo eodem.

C Hristiadum stupeant ingentia facta per Orbem ?  
Quanta Petri virtus, id meminisse sat est.  
Ægrotos relevat; solam det corporis umbram ,  
Sola repellendis sufficit umbra malis.  
Ergò Petrum videoas platea properate frequentis;  
Et Petri visa est passibus ire salus.  
Prodigium ! Fugisse dies jubet umbra citatas :  
Hæc tamèn ipsa citos detinet umbra dies.

Epi-

## XXXIV.

## Epitaphiū vivo homini positum.

**E**T vivo, & morior. Primas vix halitat auras,  
Et moribunda suum vita cadaver alit.  
Quæ vivo momenta, meæ sunt pabula mortis;  
Comunesque vorant vitaque, morsque dies.  
Cum societ mea vita necem, fas cædere carmen;  
Mortuus hic vivo, vivus & hic morior,

## XXXV.

## Vivi hominis Epitaphium.

**N**EC vivum dicas, vitæ nec munere fundum:  
Hic perago, vitæ tramite, mortis iter.

## XXXVI.

## In Epicurum.

**E**X atomis cuncta assertit compacta minutissimæ  
Forma sed est Sophiæ visa minuta suæ.  
Nil tamèn est levius, nil pinguis est Epicuro;  
Vanus mente, satur ventre, beatus erat.

In

X X X V I I.

In mutuam Viri, atque uxoris in  
peregrinatione pietatem.

V Ir peregrè it, mulierq; Virum comitatur eunte;  
Læsa sed ille dolet lumina, & ista pedes.  
Consuluit pietas, premerent cùm fata labores;  
Præsentemq; ferunt altera, & alter opem.  
Dùm Vir cæcutit, mulier dùm claudicat, ipsam,  
Quod supereft, humeris sustulit ille suis.  
Sic claudae vxori, sic lippo oculata marito  
Commodat hæc oculos, commodat ille pedes.

X X X V I I I.

Viri, atq; vxoris Epitaphium.

P Arsimil, & dispar. Socii post iurgia lecti,  
Hic tandem rixas composuere suas.

X X X I X.

Duceñdæ uxoris modus.

S Unt oculi formæ testes; at fama per aures  
Discitur. Uxorem qui capit aure, sapit.

G

Ami-

X X X X.

## Amicum à nuptiis deterret.

**D**At propè Thisiphonem deformi fœmina vultu;  
 Zelotipum torquet, si speciosa, virum,  
 Ponere jam nollet fastus sine dote superbos:  
 Et libertatem dos opulenta rapit.  
 Difficilem quamcumque feras. Licet aurea compes  
 Ornet; at implicitos cur patiare pedes?  
 Affinis tumulo thalamus. Cùm fulserit Hymen,  
 Funereas discas emicuisse faces.

X X X X I.

## In Marcum.

**D**Ispli cui it dives, placuit sine dote Lycoris,  
 Uxori non vis nubere, Marce; sapis.

X X X X I I.

## Eleemosyna.

**N**E rapiant fures, ubi tutius abditur aurum?  
 Si sapis, in lacero pauperis abde sinu.

De

**X X X I I .**

**De Divo Thoma Aquinate.**

**E**xarat, & radios calamo diffundit Aquinas;  
Unde novum toto parturit orbe diem.  
**O**ccaso tamèn immunis tenebrosa coercet  
Agmina, sublimi lux geminata polo.  
**Q**uàm benè consultum Phœbo! Sine luce curules  
Negligit, in Thomæ pectore fulgidior.

**X X X I V .**

**De Divo Thoma Aquinate.**

**L**una vale; Superum simulastra valete per orbem,  
Nil juvat æthereas pervolitare plagas.  
**A**ltera captivum tenet hic Ecliptica Solem,  
Qua potis immunem nocte referre diem.  
**I**psæ dehinc astris majus concedet opacis  
Lumen; nam Thomæ à lumine majus habet.

**X X X X V .**  
**E C C E H O M O .**

**E**n tibi, fidereos ornat qui luce pyropos;  
Tam lacero dium noscis in ore decus?  
**S**i nequeas, omnem rapiant cum vulnera formam,  
Noscere, barbariem nosce, popelle, tuam.

**G 2 In**

## XXXVI.

## Invidia.

**E**xedit en macies, omnes dominata per artus;  
 Ac transversa movere lumina terribilis.  
**C**ontrahit os nubem, quod contrahit ille nitorem;  
 Lætaque tristitiam fors aliena parit.  
**Q**uod jaculis petat alta suis, quod florida carpat;  
 Hinc sua decussum dextra papaver habet.  
**N**ec patitur, dum pulchra studet maculare veneno,  
 Solis inoffensas irradiare faces.  
**S**upplicium tamèn ipsa sibi, sua viscera torquet:  
 Hoce quidem nihil est æquius Invidia.

## XXXVII.

## In Detractorem.

**I**nfulsi, fateor, mea sunt epigrammata lusus;  
 Ex Helicone leves colligo quisquilias,  
 Præveni fannas; nasum nè porrige. Nugas  
 Carpare nè possis, Zoile, carpo meas.



De

X X X X VIII.

## Amicum à nuptijs deterret.

**C**onnubium celebras? m̄a rendū. Portige de mens,  
Quod non excuties, colla premenda jugo.  
**Q**uis cupiat sua fata veges? sua vincla solutus?  
Et tamēn infelix h̄ec tibi damna paras?  
**S**tulte, para inferias; libertas occidit; urge  
Inferias; cūm sint Ves̄er, & Orcus idem.

XXXXIX.

## Cranium.

**E**ffossa, & retrō fugientia lumina cernis,  
Et sine flore meas, non sine verme genas.  
**C**ernis, & exhorres am̄besa per ossa ruinas.  
Quod reliquum, cinis est algidus, umbra, nihil.  
Qui fuerim, mittas; qui sim, perpendere cures.  
Qualis eris vin tu discere? talis eris.



G 3

De

## L.

# De cruenta Christi Domini ad Columnam tortura.

**C**uditur innumeris duro sub marmore, flagris,  
Miteque multiplici vulnere corpus arant.  
**U**ndique dissectus geninato verbere venas,  
Purpureo arenem flumine spargit humum.  
**S**pargit; at ardentes magis ebibit ira favillas;  
Sic elephas, viso forte cruro, furit.  
Interea Christus, quando ioribus aggemit æches,  
Ipse sua patiens cæde trophæa notat.  
**D**uplex Herculeum metata columnæ laborem;  
Plus tamèn hac stræxadete cogit Amor.

## L I.

# Certamen triplex,

**T**res ardentes fortes unâ configere; inermis  
Christus; falcipotens Mors, pharetratus Amor.  
**T**entant arma pares; Amor hinc, Mors inde; sed ipsū  
Authorem feriunt tela retorta suum.  
**V**ulnera jàm geminat. Sua Mortæ vulnera prostrati  
Christus at æternum non obiturus, obit.  
**S**ic ubi pugnatum, cui nam victoria cedat?  
Utraque palma, Deus, victor utroque tua est.  
Dei-

## L I L.

**D**eiparæ puritati obsequium pá-  
ritèr exhibent Lilia, Rosæq;

**F**lorenti obsequio Matix placitura Patronæ,  
Certant purpureis lilia cana rosis.  
**V**ernat, & argenteum flos explicat alter odorum:  
Ridet, & auricomas explicat alter opes.  
**U**traque Virginei specimen benè visa pudoris,  
VIRGO, patrociniis utraque digna tuis.  
**O**' tua præsidium mihi comparet aura beatum;  
Autæa tutez colligat umbra tuæ.  
**C**orda, vel infragiles florum revirentia gemmas,  
Tota velim fieri lilia, tota rosas.

## L I I I.

**D**e B.V.in Cœlum assumpcta.

**V**irutum stipata choris, ornata triumphis,  
En petit æthereum sponsa petita torum.  
**S**idereos dūm findit agros, cælestia circum  
Agmina mille volant: carmina mille canunt,  
Progredivit nebulæ eveæa curulibus; atqui  
Umbras vel nebulæ dedidicere suas.  
Provehitur sursum, quæ eraxerat una deorsum  
VIRGO Deum. Tantas pendit uterque vices.  
**Q**uam benè! Virginea Solem quæ protulit alvo,  
Emicat è tumulo, promicat è thalamo.

G 4 B. MA-

## L I V.

B. MARIAE V. in Cœlum  
assumptæ.

QVa spatiū patet ad Superos: quā pulchriūs æther  
     Fulget, & æternæ lucis abyssus hiat.  
 Cælestis rapitur VIRGO; dominamque verentur  
     Sidera, sqb gressu fulgidiora suo.  
 Dotalem, Regina potens, i, posside olympum:  
     Cœlicolūm discant jam tua Sceptra Chori.  
 Deliciis formosa tuis cœlestia comple  
     Gaudia, & attonitos lumine sparge polos.  
 Nos at odora piis sequimur vestigia votis,  
     Nec piget obsequio cordis obire viam.  
 Spes fovet interea, nostris solatia rebus  
     Affore, cùm vestrain quisque precamur opem.  
 Jam genus es nostrum; generis licet inclita nostri  
     Gloria. Terra suum, datque, capitque decus,



De

## L V.

## De S. Laurentio.

I Mbia suppositis candet craticula prunis,  
 Supplicium juveni, ni magè delicium.  
 Sternitur, & sæva exquirens tormenta minister,  
 Efferus ambustum versat utrumque latus.  
 Jam flammis studet impletas, jam viscera flammae  
 Irritant, pœnis tota liquata suis.  
 At segnes Martyr crueiatus increpat, urget,  
 Qui putat in roseo penè cubare toro.  
 Nil mirum. Divas pascebat corde favillæ:  
 Quique foris usit, roscidus ignis erat.

## L V. I.

## Idem Argumentum.

A Estimat en teneros Laurens incendia flores;  
 Nec pavet assatas rene parare dapes.  
 Versa, clamat enim, pœnis saturata tyrannis,  
 Versa, ede, suppliciis non satur ipse meis.  
 Strenua non ullo virtus ardore fatiscit.  
 Ignis amor. Valido major ab igne vigor.  
 Et velut obrizum fornax examinat aurum,  
 Explorat fortem torrida lamina Virum.  
 Algenti laurus surgunt in valle comantes;  
 Hæc tamèn ardenti Laurus in igne viret.


C 5

In

## L V I I.

**In mortem PHILIPPI QVAR-TI, Regis Catholici.**

**Q**uod sua per geminū spargat diademata mūdum,  
 Et stabiles cæli margine claudacopes;  
 Sol quod ubique suas regnanti flectat habenas:  
 Quod Regum, Quartus nomine, primus eat:  
**Q**uod faro certet: quod soli denique fulmen  
 Cum Jove divisum, Regia vētēr Avis:  
**S**evit in augustum tristis Libitina Philippum,  
 Infregitque truci Sceptra verenda manu.  
**C**redidit extinctum; sed vano credidit ausu:  
 Sospes ab extremo posthumā fama rogo est.  
**N**ec satis, Imperium cùm celso æquarit Olympo,  
 Rides ab Empyreis infima regna plagis.



## L V I I I .

In mortem Philippi Quarti,  
Regis Catholici.

**Q**uigemitus? Quæ pōpæ gravis quæ causa doloris?  
 Funereas urit vel cui pegma facies?  
 Heu mihi, mesta suum deplorat Iberia Regem;  
 Sublatum duplex orbis Atlanta gemit.  
 Ergò Philippus obit. Tot sceptra, tot arma, tot arcus.  
 Cuncta sepulchrali marmore fracta jacent.  
 Hispano nec Parca Iovi nequissima parcit,  
 Qui Regum fuerat, & decus, & genius?  
 Scilicet hoc Regin fatum, quod pauperis. Aequè  
 Omnes angusto colligit urna sinu.

## L I X .

## Idem Argumentum.

**L**uctatus eecidit dura cum Morte Philippus.  
 Lubrica nām vītæ destituere pedem,  
 Ingentem dupli doluerunt orbe ruinam;  
 Atque suis gemmis fluctibus Oceanus.  
 Pœnituit Lachesis flamen rupisse trahendum,  
 Et jām præcipitem ruperat ipsa Colum.  
 Ast initam Regi definiæ gloria luctam;  
 Nām felix eecidit, qui petit inde Polum.

G 6 Dc

## L X.

**D**e nivibus Exquiliis, sive de  
S. Maria ad Nives.

**I**n solitis albet tellus onerata pruinis,  
Et stupet ardentis sidere decidua.

**D**um pluviae exultant cano sub colle nivales,  
Quæ Sole interiit, getminat herba solo.

**H**æc Virgo portenta jubet. Nive purior ipsa  
Devocat æstivas ad sua templa nives.

**D**isce dehinc. Animum si quando Cupido peturit,  
Impuras niveo vince pudore facies.

## L X I.

**I**dem Argumentum.

**D**um furit ardentis nimium super astra latratu,  
Et vegetas agri Sirius urit opes;

**N**ix pluit, & longa Exquiliis aspergine vestit  
Nix pluit, & miro consecrat orbe solum,

**H**ic operosa struit MARIÆ delubra. Quid istuc?  
Cox ubi sit niveum, vult sibi Virgo domum,



In

LXII.

In obitum

D. ALOYSII DE  
S. SEVERINO  
Principis Bisiniani.

H Eroes inter magnum, si buccinet ingens  
Fama, minus merito texuit eulogium.  
Laus sit ab ingenio potior, Decus adiice avitam,  
Detraxisse magis, quam tribuisse foret.  
Maximus Herorum, ( titulos & deme superbos )  
Maxima dōs animi cui fuit, ille fuit.  
Censor erat morum. Præstasset jure Catonem,  
Ni lenis rigidum præstet Aloysius.  
Intervit; sed semper erit, qui damna caduci  
Corporis æterna pendere laude valet.



Epi-

## LXIII.

**E**pitaphium nobilissimi Pueri  
**M A T T H A E I I O S E P H I**  
**D E S . S E V E R I N O ,**  
**C A R O L I junioris,**  
**P r i n c i p i s B i s i n i a n i , P r i m o g e n i t i .**

**E**Gregii hic Pueri cineres. Quem Gloria magnum  
 Octipserat hæredem, mors inopina caput.  
 Unica sperfuerat; nunc unica poena Parentum;  
 Unus amor, tandem est unus utrisque dolor.  
 Flos erat; ast avido decerpitus pollice fati,  
 Aruit ante diem, sed viget ante Deum.  
 Seria quodd emeruit veterum majora corollis,  
 Aurea de radiis astra dedere suis.



In

## LXIV.

In mortem præmaturam  
**D. DOMINICI SPINELLI,**  
 Ex Principibus Cariati.  
 Cum allusione ad Stellas pater-  
 no Stemmate gentilitias.

**H**EÀ faci asperitas ! Florenti pulchriùs ævo.  
 Et dum vix quartam mensus olympiadem,  
**SPINELLVS** capit. Vitz quis fidat Aprilis?  
 Decussam luget Spina superba Rosam.  
 Gloria cùm fixit virtutis calcet, Avitos  
 Conatus excessit nobiliore gradus ;  
 Primis occiduum radiis sua Sidera Solem,  
 At sine luce vident, & sine luce gemunt.  
 Prò dolor! heù fatum! Martis tamèn æmula virtus  
 Parfundat radios stellificata parcs.

1880

AD

## LXV.

**AD D. CAROLVM ANTONIVM SPINELLVM,**  
**Principem Cariati,**  
**Cùm ejusdem germani fratri**  
**obitum insolabilitè**  
**mæreret.**

**C**örnè gemis raptum, an fratre? Sed utrūq; doloris  
 Vitti geminat: siquidem cor tibi frater erat.  
**C**or igitur lacrymis deerit, cum fratre sepultum;  
 Sed magè corde doles, dūm sine corde doles.  
**M**utuo Amyclæos vicistis amore gemellos;  
 At vētuere tamèn mutua fata pates.  
**Q**uin voluere satis, si mortis acinacis illum,  
 Te dolor, & multo sævior, interimat.  
**P**arce animæ. Licet is, fama jàm fospite, vivat;  
 In vestro melius pectore fospes erit.



**Chri-**

LXVI.

Christo Domino, ad Columnam  
immaniter alligato.

**H**EÙ quām dura tenet Lacerum te, Christe, Colū.  
Viscere-cùm renuat dissiluisse suo. (nisi)  
**D**ura cohors, in te duris vəsana flagellis;  
Dura quōd hæc toleres, durior ipse manes,  
Talia qui spectat, lacrymis nec rorat obortis,  
Quamlibet ipse potis vincere duritatem.

LXVII.

In Spineam Christi Coronam.

**M**Olles veris opes, ridentes cedite flores,  
Cedite; odoratas respuo delicias.  
**S**ic juvat. Etherium Regem cùm dira coronet  
Spina, minùs cordi florea serra placent.  
**S**entes alliciunt. Sin fas decus addere florum,  
Sit mea Sanguineis texta corona rosis.



Pec-

## LXVIII.

## Peccatum.

**E**st Erebi proles, Ereboque nocentior ipso,  
Subdola, crudelis, lurida, terribilis.  
**S**epè suas audax intorquet in astra sagittas,  
Et septingemina fronte superbit arrox.  
**S**epè sua fuscat nitidas caligine formas.  
**A**ethereum prohibens umbra maligna jubet.  
**C**orda dolis captat, monstrosique invisa tyrannus.  
Exigiale tenet mensis in arce thronum.  
**P**ar morti imperium. Diro quos mancipat Orco,  
Hos mediaстini conditione premit.  
**P**auperies animæ, vulnus lethale, venenum.  
Ultima sed clades eripuisse Deum.

## LXIX.

## Idem Argumentum.

**Q**uidquid ubique boni depravat, destruit, aufert:  
Quidquid ubique mali est ingredit, auger, alit.

## LXX.

## Idem.

**M**entem, cor, animam fuscat, ferit, undiq; vastat;  
Densa, citata, gravis, umbra, sagitta, Iues.

Ig-

LXXI.

Instans.

Vivimus incertum, si certum vivimus instans.  
Alpha id venturi est, Omega præteriti,

LXXII.

Scipionis Nasicæ dictum.

Dura Carthago est, omnesq; subegimus hostes,  
Nunc malè viatores ocia parta domant.

LXXIII.

Amor ex auro.

Purum, iaculis, en induit aurum:  
Fortius haud unquam pectora cogit Amor.

LXXIV.

Idem.

Aureus en Amor. A pulchro discedite monstro.  
Hac fortasse animos subdolus arte capit.  
Ne-

## LXXV.

## Neronis mors.

**C**arnifici invidit. Tanta nè cæde triumphet,  
Carnificis meritas occupat ipse manus.

## LXXVI.

## Ad Crucifixi pedes provolutus.

**M**embra decussato suspendis livida trunco,  
Totus & irriguo sanguinis imbre fluis.  
Tam crudele nefas nil quale, vel unde requiramus  
Hic reus, hic cædis perfidus author adest.  
Ipse meis, fateor, cōnfixi vulnera telis;  
Barbarus ipse Crucis sūm faber, ipse necis.  
At lacrymæ offendit poterunt si flectere Numen;  
Si dolor, & fassum crimina sponte juyat;  
Da suplici veniam. Clementia molliat itam,  
Quam scelus extimulat, suppliciique loco est.  
Sin tibi de noxis meritam stat sumere pœnam,  
Corda mihi clayis fige præterva tuis.



De

## LXXVIII.

## De Divo Thoma Aquinate.

**S**uspensum retinet niveo de pectore Solem.  
Et colit agnatas ignea pompa nives.  
Quid portenta notant? Opifex concinnius unum  
Ornat, & illustri lemmate pingit opus?  
At Mariæ inscriptam cupido vorat ore papyrum  
Jām puer; & radios ingerit illa suos.  
Virgineum quidni referant sua viscera Solem?  
Virgineus Thomæ viscera candor alit.

## LXXVIII.

In Divum Antonium de Padua,  
Vlyssiponensem  
*Si queris miracula, &c.*

**A**urea prodigiis aperitur scena. Stuporem  
Vinciatur; & Superum plausibus astra sonent.  
Fac pinus gemmat æquoreis agitata procellis;  
Sospitat emersam mota procella ratem.  
Ærumnas cessisse jubet: cessere nocentes:  
Sævior affectis nescit obesse lues.  
Vincula seu mortis, vincutum seu detinet hostis;  
Corripit hic vitam, corripit ille viam.  
Afflictis nec rebus opem, nec denegat ægris:  
Perdita res, tenebris eruta, sarta redit.  
Errorum fugit umbra: Erebi non decipit astus.  
Lysiadum potis hæc mita patrare decus.  
Si majora tamèn *queris miracula*, fient;  
Si majora sciat firma rogare Fides.

De

## LXXIX.

**D**e eodem Divo, cuius lingua  
adhuc incorrupta servatur.

**H**orrida Lysiades cum sternet agmina Ditis,  
Tartareaisque acti luderet ore minas;  
Lingua enses dederat, lingua arcus, lingua sagittas,  
Terrificis animam lingua diserta tubis.  
At septingemini dejecta superbia monstri  
Sensit, ut ætherei fulminis instar erat.  
Hinc lethi est expers, intactaque vivit in urna;  
Mors timet iniecta fulmen adire manu.

## LXXX.

**D**e S. NICOLAO.

**Q**uid referam ne<sup>c</sup>tar, Calabria quod r<sup>u</sup>pitur orn<sup>o</sup>,  
Sivè quod æthereis rorat ab usque plagis?  
Dulcius algenti sudat Patharæus ab urna?  
Manat ab arenæ ditior osse liquor.  
Ergò vel è tumulo, mortis quod vincat amarum,  
Ipsa quod invideant sidera, manna pluit.  
Prodigium! Fuerat vivus jam prodigus auris;  
Funditus inexhaustas erogat uber opes.

Ad

## LXXXI.

## Ad Sanctam Christi Domini Crucem.

P Ande triumphales cœli super ardua ramos  
Arbor, & in superis fulgida vive plagi;  
Sublimi quæ fixa jugo, licet horrida, fru&um  
Ferre potis, quo mors pertulit interitum,  
Demisso Libani cedrus te crine veretur;  
Nutat Idumæis palma superba jugis.  
Excipe prociduum sancti sub stipitis umbras;  
Hospita transfixi numinis umbra nitet.  
Tu mihi, qua cœli devitem fulmina, laurus;  
Quo nigra deiiciam Tartara, fulmen eris.

## LXXXII.

## In admirabilem Christi Domini Ascensionem.

A Rdua transgreditur Cœlorum culmina vider,  
Qui nostram potuit morte necare necem.  
Dum tamèn aerios ornat sua pompa curules,  
Dum simùl obstru&um pandit Olympus iter;  
Quæ me prepediant telluris inania ? Nitar  
Æthereas agili corde secare vias.  
Dat Christus volitare. Leves cor indue pennas.  
Pulchrius exornat dedita præda Ducem.

In

## LXXXIII.

In diē Natalem Francisci Ferdinandi  
 Ursini, D. Dominici, Gravine Ducis,  
 Ex D. Ludovica de Alteriis,  
 Primogeniti.

**S**Emideam, dūm s̄evit hyems asperima, Prolem  
 Edidit, Ursino sanguine fæta Venus.  
**O**minor è spreto magnos Aquilone triumphos,  
 Queis reparet priscum Martia Roma decus.  
**S**æviat usquè. Graves inter generosa procellas,  
 Romano discet robore dura pati.  
**C**ingite divulsis Libani de vertice palmis;  
 Sed satis est patriis nectere ferta Rosis.

## LXXXIV.

## Idem Argumentum.

**A**ssidui reparat redivivus damna feretri  
 Annus; & Ursinas hic Puer auget opes.  
**J**ām simūl in Cunas veniunt; simūl aspera pellunt  
 Omina, Romanis cultus uterque Rosis.  
**C**resce Puer, Patrios, pulcherrime, vīnce nītores;  
 Enīnicat à radiis spes animosa tuis.  
**C**resce; sed, auguſtæ religat quæ stamina vītæ,  
 Nè propero glometet pollice pensa Colus;  
**Q**uæ Vaticano splendent in vertice, nebunt  
 SIDERA de rutilis aurea fila comis.  
**E**jus-

LXXXV.

Eiusdem Puelli Encomium.

Cum allusione satis apta, tūm ad Rosas, tūm ad Stellas, illas Vrsinæ Domus, istas Alteriæ Gentilitias.

**E**cquis Acidalio similem non juret Amoris  
Par forma, ac Astris fulget utriusque Parens.  
Vernis ambo Rosis malas, & Stemmatia pingunt;  
Cor ferit hic oculis, cor ferit is jaculis.

LXXXVI.

In funere

D. Tarquiniaæ de Alteriis, Anticoli  
Ducissæ, quæ primò pariens  
extremum obiit diem.

**E**dere maturum formosa Puerpera fatum  
Nititur, Alteriæ maxima pœna Domus.

At peperit fæcunda necem Tarquinia; & olim  
Sic malus cecidit pondere fracta suo.

Nec Pulchræ Lucina favet? Nec incesta querelis,  
Aut lacrymis Cœlum flectere Roma potis?

Ah, nihil in terris nihil est durabile pulchrum.  
Una rapit nitidam, quæ parit hora rosam.

Forma tamèn rapitur Stellis aptissima; nè Sol  
Alter in Orbe micans, alter in Urbe foret.

H

Ia

## LXXXVII.

## In Puellam fulmine correptam.

**H**orrida per nigrum crepuere tonitrua Cœlum;  
Et roseum nubes involuere diem.  
**T**errificum crebris ardebat ab ignibus æther;  
Fulminat, & forma nobilis ista cadit.  
**A**t quæ tanta Jovis telum movet ira trisulcata,  
Ut Veneris lectam funeret igne Rosam?  
**S**ueta Cupidineas oculis vibrare sagittas,  
Erudit interitu corda superba suo.  
**I**s fati rigor est. Excussa superbia flammis,  
Aggressa æthereas vincere luce facès.

## LXXXVIII.

In formosam Puellam, comitali morbo laborantem, Italice, *mal di luna*, dictitato.

**H**em! Spumat, fremit, horribiles obliquat ocelli.  
Decolor ore, tremens vertice, lapsa manus los,  
Quis furor Eumenidū pulchros dominatur in artus,  
Et vonit in Charybīs dira venena sinum?  
Sol habet à Luna tenebras. Quid miter eclypsim,  
Cùm Solem feriat Luna maligna novum?

## LXXXIX.

### In mortem Josephi Baptista.

Dilectos vicit cantus dulcedine Cycnos,  
Et retulit plausus Thusca Thalia suos.  
Italus astrorum novit confinia Pindus,  
Dum canetet, qui nos funere torquet, Olor.  
Obstrepuit livor; sed foviit adorea Vatem;  
Nam Censura sui census honoris erat.  
Nunc moritur. Durā viciſſet carnīne Clothum,  
Nisurda melicos hauserit aure sonos.

## X C.

### In mortem ejusdem.

Pterios Baptista Chorus contristat ademptus;  
Unus amor Musis, unicus ipse dolor.  
Delicias Helicon, insignem Phœbus Alumnum,  
Narcissum deflet Castalis unda suum.  
Cultiūs haud alter cecinit; nec doctior unquam  
Alter Apollineum sollicitavit Ebur.  
Carminis illecebra traxisset saxa, ferasque;  
Plus tamēa Invidia monstra domare fuit.

## XCI.

**I**n mortem ejusdem,  
**C**um apoplectica conuulsione linguę  
 usum amiserit.

**H**ec Vates moritur, cuius miracula Pleiæ  
 Suspensam Phœbi detinere lyram.  
**V**indicibus Mortem numeris tenuisset inertem,  
 Et poterat rigidam debilitare manum;  
**C**allida sed linguam rapuit, nè in Carmina posset  
 Solvere; nam dulci carmine victa foret.

## XCII.

Ejusdem Epitaphium.

**B**aptistæ Cineri teneros nè spargite flores,  
 Sparserit arentes laurus amica comas.

## XCIII.

Ad ejusdem Tumulum.  
 Joanni Jacobo Lavania.

**H**ic Baptista jacet. Teneros vin spargere flores?  
 Squalida Carmínibus floreat urna tuis.

C.

In

XCIV.

In obitum  
Torquati Tassi.

**A**E Mulus Andini Vates deceffit . Eburnam  
Frange, Thalia, Lyram, Calliopea, Tubam.  
Nemo dehinc fuerit, quē Pythica laurus honorets  
Sivè Lyram vellet tangere, sive Tubam.  
Quamquā vivit adhuc; Solymæq; in sceptra Tyranni  
Altisono Latios excitat ære Viroz.

XCV.

Ad Tumulum  
Equitis Ioannis Baptistæ  
Marini.

**Q**uis jacet hic? Numeris immurmurata ca-  
Mæta Charis: LYRA suspensa, MARINE jaces,



H 3

In

## XCVI.

**In mortem Josephi Baptiste  
Monodia.**

Baptista, heu dolor, interiit. Sic variis ergo,  
Pierio claris munere, vita perit?  
Nec domus Aonidum stat Mortis tutarapinis?  
Nec Pindus fati fulmine fospes erit?  
Heu lacrymis tabesco. Meus Baptista recessit;  
Heu Baptista, mei cordis amarus amor.  
Cum sua dulcisono sponderet carmina Plethora,  
Delphicus insolito germe risit ager.  
Risit; at extincto, lacrymis Permessus amaris  
Heu tumet, & passim Delphicus aret ager.  
Ducite perpetuos mea lumina, ducite fontes;  
Delicias rapuit nam Libitina meas.  
Hos Clio ingeminat Baptista praefica lessus,  
Et cupit, extremo vieta dolore, mori.  
Musa, quid ignavo conturbas omnia questu?  
Vana quid excurrit lacryma? Phœbus ait:  
Non omnis moritur. Viges est à funere Virtus;  
Stat Carmen: vivit fama: perennat honos.



In

XCVII.

In Cicindelam.

**N**OQUnas adamas, an fax animata per umbras,  
Ni<sup>q</sup>anti an potius lumine stella volat?  
Vel natura jubet vivas errare lucernas?  
Irradiare sua vel sine fronte oculos?  
Fulgida portenti species! At quicquid oberrat,  
Scilicet humana lucis imago micat.

XCVIII.

Sciathericum.

**E**N, licet immotus, fugientes indicat horas  
Gnomon, & rapidam suggestit usque necem.  
Quod brevibus nostros metimur passibus annos,  
Vana quod umbra sumus, mobilis umbra docet.

XCIX.

Idem Argumentum.

**L**Abitur incertas mortalis vita per umbras,  
Cum stabilem doceat pinnula fixa necem.  
Præcipiti miseros Cœli rapit orbita cursus;  
Et fugiunt nostri, ceu fugit umbra, dies.

H 4

Scia-

## C.

## Sciathericum.

**Q**Uæ Solis rapidos metitur pinnula motus,  
Exiguas vitæ commonet ipsa moras.  
**D**iscite. Sic celeres miseri properamus ad urnam,  
Ut levis ad pictas flebitur umbra notas.

## C I.

## De Simia apud Magnatem.

**V**Ides, ut omnes exprimat Aulicos  
Mentita mores ! Lusitæ, allicit,  
Risumque herilem lusibus excitans,  
Fit mentiendo deliciosior.  
Placetque & auget sic pretium sui,  
Fallacis Aulæ qui studet indoli.  
Vis blandientis fortior ingenii,  
Quam quæ superbit ruga supercilis  
Ars hæc, vel Heben redderet exulem,  
Quondam beati neq[ue]aris arbitram.  
Si hos nosset Aulæ Mercurius dolos,  
Impostor ipsi præstiterat Jovi .

Potentiorum limina qui teris,  
Nè frontis unquam nubila terreant ;  
Fortuna vultu nè tibi concidat  
Est obsequendum. Nec pigeat tuæ  
Vitæ magistram poscere Simiam.

Di-

C I I.

Didus Epitaphium.

**H**ic jaceo, duplicitis calami perpetua ruinam;  
Hic formæ, hic famæ detulit interitum.

CIII.

David quidam in Aleppo pro fi-  
de Catholica capite plectitur.

**I**N Christi obsequium patrias abrumpere leges  
Ausus, & impavido ludere corde fidem,  
**N**ec veritus cultro cervicem flectere, dixit  
Ut capiri jungar, scinde, Tyranne, caput.  
**A**mputat; & felix exultans vulnera cervix,  
Donatur sertis ense resecta suis.  
**J**effides cedat. Caput abscidit ille Golix;  
Fortior abscissum perdidit iste caput.



H 5

In

## CIV.

## In Mulierem vanè formosam.

**C**rine animos religat, flammæ cibis urit ocellis;  
 Si leni tibi subtrideat ore, ferit.  
**S**unt roseæ fraus piæ genæ, fraus aurea cirri;  
 Et nitet insidiis forma superba suis.  
**A**t cave. Ni comptæ fugias mendacia frontis,  
 Tutior, asperæto Gorgonis ore, fores.  
**Q**uis tamèn à lepidis defendat lumina technis?  
 Est homini pulchrum fœmina pulchra malum.

## CV.

## In Versipellem.

**P**rotea te dicant alii, tu Protea vincis,  
 Sic benè scis vultum dissimulare tuum.  
**T**am varius unquam non induit ore colores  
 Iris; non animal, cui parat æthra cibum.  
**I**mprobus, ambiguus, nec fronte vaserrimus una,  
 Dispereas, si non alter, & alter agis.

## CVI.

## Tyrannus.

**T**ingenium, mores ab echino disce Tyrauni;  
 Testa, quandò senex, asperiore riget,

IA

C V I I.

In N.de Nuce.

**C**lausorat Iliacas quondam nux unica flammas,  
Explevitque breves Ilias ampla sinus.  
**A**rtis opus mirum ! Magis est mirabile; nostram  
Farcit honorificam Pallas amica Nucem.

C V I I.

Ad Zoilum.  
De suis Epigrammatis.

**C**inda canit; nam felle pudet profundere nugas;  
Olfaciss; at naso putida Musa tuo est.  
**H**ic nimium surgit, numerisque licentior errans;  
Versus hic in cursu claudicat, ille cadit.  
**C**onveniens illic majestas defuit: istic  
Carmina Bibilicum non habuere salem.  
**A**t mihi commotus laxatur in arm a cachinnus,  
Zoilus obloquitur? nostra Camena placet.

*Libri Tertij*

P I N I S.

H 6

PRO-

## P R O G R A M M A

## LIBRI IV.

**Q**VAM durum Patria procùl beata  
Torquet exilium! laboriosa  
Captantes miseri pericla vita,  
Incerto rapimus gradu per umbras,  
Persuspiria, per vias dolorum.  
Nasci pæna, mori necesse; vita est  
Fati ludibrium, necis tributum.

Sic inter lacrymas natamus. At cor,  
Non quidquid rutila superbus unda  
Hermus, divitibus vomit procellis  
Tempesta Erithra, bearet agrum.  
Qui sic? It comes advenis ubique  
Maror, delicias perosus omnes;  
Nec quies Laribus procùl paternis.  
Per durosità murmurans lapillos,  
Denec in mare fidat, inquietis  
Patrius fluit Azolinus undis.

Cantillans obiter tamèn viator,  
Marorem prohibet simul meare;  
Contendat nisi dulcè temperatus.  
Et nos; nàm parat arma, sed canora,  
Par Musa ingenium, molesta vita  
Ereti decipimus lyra; Sionis  
Donec in supera evocemur Arcem.

Jàm feri obsideant iter latrones;  
Cantamus vacui. Merum, laborem,  
Fortunam Aenjo domamus arca.

FRAN-

FRANCISCI MARINI

P O E S I S

HIEROETHICA,

S I V E

EPIGRAMMATUM

SACRO-MORALIUM

*Lib. IV.*

---

I.

In Sacratissimam Dominicæ  
Nativitatis Noctem.

Nox erat, & summo cœli sub vertice, bigis  
Insolito afflatis lumine, agebat iter.

Nox erat, & rutilans, rutili non invida Solis,  
Umbras expulerat penè inimica suas.

Cum Sol, Virgineam qui fœcundaverat alvum,  
Visus Bethleium spargere luce specus.

Nox erat? immò aberat. Tenebræ didicere nitorem?  
Nempè dies mitat in nocte, dieque DEUS.

De

## II.

## De Sancto Simeone.

*Nunc dimittis seruum tuum Domine;  
quia viderunt oculi mei, &c.*

**V**iderat Infantem, cupidis exceperat ulnis,  
Nec valet angusto gaudia ferre sinu.  
**E**xpletum dimitte senem, quid carius, inquit,  
Visurus, vitam demore et ipse meam?  
**O**scula qui dio potui mea figere Pupo,  
Nolo alios satura luce videre dies.

## III.

## A DEO principium.

**Q**uidquid agam vestro ceptū sit Nominē. Felix,  
Auspice te, nostrum progredietur opus.

## IV.

## Ad Lectorēm.

**E**xplīcā si fronte meas vis pendere nugas,  
Aut semisse oculos pascere; Lector, adi.  
Si genium rapuere novo turgentia fastu,  
Profitor nullus grandia; Lector, abi.

Ia

V.

In Obitum  
CLEMENS IX.  
PONT. OPT. MAX.

Ergo tot ex oculis, Hyades imitantibus, undas  
  Unius extorquet demorientis amor?  
Turbidus insolito devolvitur augmine Tibris,  
  Et penè est lacrymis obruta Roma suis.  
CLEMENS, heù, rapitur. Pastorem luget ademptum  
  Christi grex, inopes pabula, Roma Patrem.  
En demissa suum Clementia deflet Alumnum;  
  Et cadit ad gelidos auxia turba pedes.  
Dùm Solio tamèn eripitur benè cordibus hæret;  
  Hic tumulum CLEMENS, hic habet & Solium.  
Quamquam nec propero sublatum funere credass;  
  Vivit Apostolicum secla beata jubar.  
Quòdque sacram Petri turbata per equora Puppim  
  Rexerit, Empyreus præmia portus habet.



E mi-

## V.I.

Eminentissimo Domino  
Decio Cardinali Azzolino.

C<sup>L</sup>are Deci, sacri decus immortale Senatus,  
 \* Vel radiis niteant Astra, vel Ostra tuis.  
 In Te nata suum requievit Purpura culmen,  
 Pulchrior in meritis visa nitere comis.  
 Stringitur his radiis, licet ignibus apta supernis,  
 Uranie, atque hebeti lumine vita cadit.  
 Cur ergo ingentes compleat carmine laudes?  
 Parce, vel immodicum fronte remitte jubar.

---

\* Allusio ad Stellas eidem gentilitias.

## VII.

Innocentiae præsidium.

I<sup>S</sup>acida infensus vibratam surgit in hastam,  
 Sceptra, sed indignus, qui Solimæa tenet.  
 Fugerat, ac tacito vitam commiserat antro,  
 Cùm simùl os antri munit Arachnis opus.  
 Hem! tenui insontem defendit Aranea texto:  
 Sit sceleri paries ex adamante, cedit,

In

## VIII.

### In Granadillam. Florem de passione dictum.

**A**rdentes quondam laudis certamine flores  
Devicit Mauri florida pompa soli.  
**P**erpepsi monumenta DEI revirentia nutrit;  
Et mors ingenio floris odora nitet.  
**Q**uis putet in florem pœnas abiisse? Columnam  
En tamèn hic, calamos, arma, flagella, Crucem,  
**E**xtollit rigidos tenui sub culmine clavos &  
In pictis religat spinea serra comis.  
**H**ic tener os tandem Christi florere dolores;  
Infandamque vides hic revitere necem.  
**S**it pudor, exigui ni floris ab indole doctus  
In nostro JESUM peccore pingat Amor.

## IX.

### Laudat D. Helenam Lucretiam Piscopiam, Venetam Virgi- nem nobilissimam.

**S**eu vis ingenium, seu formam nosse pudicam,  
Absolvit numeros culta Vrago suos.  
**E**mula Pierides, Charitesque laceferit: una  
Tres formosa præxit, ingeniosa novem.

**Lau-**

## X.

Laudat eandem ;  
 Ob Phylosophiæ lauream , om-  
 nibus suffragiis comparatam.

**F**orma, Genus, Virtus, hæc Virginis aurea dos est  
 Tyndaridem duplex æquat; at una præsit.  
**Q**uæ formæ tandem, Generis quæ gratia? Virtus  
 Enitet, haud radiis interitura suis,  
**F**ama Stoam taceat. Venetum decus, ecce Puellam  
 Arguit excutum docta palestra sophum.  
**Q**ueis ergo poterat gemmas indere mitras,  
 Laurigerò meritas colligit orbe comas.

X L  
 Laudat Eandem.

**Q**uis novus Adriacas fulgor diverberat undas?  
 Non ità sub roseo mane refulget Atlas,  
 Pulchra suos num Thetis agit per cœrula currus?  
 Vexit an huc Venerem candida Concha suam?  
 Fama Helenam diffusa canit quæ purior ardens ,  
 Idaliam præstat,cœruleamque Deam.  
 Fulget Palladiis exercita Virgo palestris,  
 Jam benè culta animum, quā benè culta genas,  
 Jam supero Venerus non invidet astra Leonis;  
 Aurea magnanimus astra meretur : habet.  
 Lau-

X I I.

Laudat Eandem.

CORNELIAE quæ Cœtis honor, quæ gloria splendens  
Fœminei nil, à cyclade, moris habet.  
Sæpè cupita viris, quos torserat ore, pudicitia  
Exclusit cupidos sæpè pudica viros.  
Excolit ergo animum (sic erudit innuba Pallas)  
Dignaturque suo culta Sophia toro.  
Firma licet, Patres, venerandi jura Senatus  
Rushpite; si præstat docta Vitago virum.  
Hoc Venetæ decus est Urbis; quam jaætat Alumna,  
Semideam vestras emeruisse togas.

X I I I.

Eandem laudare pergit.

QVO rapiat magis, est anceps. In Virgine spargit  
Forma suos radios, ingeniumque suos.  
Tres iterum Divæ certent; in jurgia tandem  
Adriaci veniat Pallas alumna maris;  
Quæ duplices potuit sub judice vincere Divas,  
Viæta Venus Venetæ Palladis arte foret.



De

## XIV.

**D**e Serenissimo Principe MAV-  
RITIO quondam Cardina-  
li EMMANVELI,  
de Sabaudia;  
**C**um longè post obitum, ejus  
effigies Romanā Humorista-  
rum ornaret Academiam.

**M**Auritii extin&um Musæ flevere nitorem;  
Nam Sol Aoniis fulserat ille Choris.  
**F**levimus & nostrum sine honore jacere Lycæum,  
Ac tanto ornatam Murice abire necem.  
**R**edditus en tandem. Radiantem cernere frontem,  
Dat color; at melius Fama colorat opus.  
**N**on omnem Mors ergo rapit, si viva perennat  
Gloria; si nostrum sospitat Umbra jubat.



Illu-

XV.

Illustrissimo Præfuli Sarnensi  
NICOLAO ANTONIO  
DE TVRA,  
Quod Epistolas eleganti scribe-  
ret charactere.

Qui prius Hetrusco religaras carmina nexu,  
Nunc placet Attiacis solvere verba modis.  
Bellè utrumque facis : conditaque nectare verba,  
Sive ligata animos, siue soluta ligant.  
Perge tuis igitur, jam perge beare papyris;  
Et priscum superet lingua diserta decus.  
Quæ culti numeris effloret Epistola Tulli,  
Eloquo discat cultior ire tuo.



CA-

## XVI.

C A R O L O I I.  
 Hispaniarum Regi,  
 Messana supplex.

O Rdiar à lacrymis. Minuit defleta pudorem  
 Culpa: suo quamvis digna pudore foret.  
 Deliqui. Nullis obducam crimina fucis.  
 Ad sua præcipitem compulit arma furor.  
 Mentis inops potui vastas ambire procellas,  
 Ad mea crudeles vela ciere Notos.  
 Obruta nunc jaceo. Bone Rex, miserere jacentis,  
 Admissum strinxit sat sua pœna scelus.  
 Aut fati rigor, aut rapuit væsania, nil me  
 Clementis pudeat Regis adire Thronum.  
 Da fusis veniam lacrymis, Rex inclite; vestrum  
 Nam reperio, ut lapsa ex hoste columba, sinum.  
 Flebilibus sic illa noris. Rex viscera flectit.  
 Armant Austriacum tela benigna Jovem.




Ei-

## XVII.

Eidem Catholico Regi.  
Messana iterum supplex.

**E** Loquar, an lacrymis cōmittere crimen obortis  
Fas erit, & lacrymas erudiisse meas?  
**S**i scelus ambiguis involvere coner in umbris,  
Arguet admisum fusus in ore pudor.  
**C**onscia sum culpæ, fateor; sed parcere fas  
Regis erit, pietas cui struit ipsa Thronum.  
**A**Erumnis confecta meum peto squalida Regem,  
Quæ petii hostiles obvia præda manus.  
**S**ervasti miseram, tua si clementia parcat.  
Jām periis; Tu fac, nè periisse putem.  
**Q**uodque mei nūquam perituri est causa pudoris,  
Materies vestræ maxima laudis erit.  
**C**rescit in immensum placidæ reverentia fronti.  
Rex fueris; posthac Tu mihi Numen eris.  
**H**ec Messana dolens. Posito Rex fulmine, risit.  
Quem non ira potis vincere, vicit Amor.



In

## XVIII.

In mortem  
**D. ADRIANÆ DE AVALOS**  
 Principissæ Octaviani.

**V**Nius ingentem perpessa infunere cladem;  
 Quæ tamèn eximum præstítit una decus;  
 Parthenope in fatum corsit crudele quætelas,  
 Nec venti querulas corripuerat notas.  
 Fati censura; Mors plebitur invida. Mors hæc:  
 Decepit cupidam florida formâ manum.  
 Flos ADRIANA fuit candens, peregrinus, odorus;  
 Credideram nitidam carpere posse Rosam.

## XIX.

## Idem Argumentum.

**D**Ulcia Sebethi Libitina per æva, sub alta  
 Sidereum vidi fronte nitere jubar.  
 Credidit à radiis, à dotibus invida Numen,  
 Et dubiam tenuit vista stupore manum.  
 Jussa tamèn Lachesis vitalia stamina rupit;  
 Quòd nitidos decuit Davala forma polos.  
 Deliciæ cecidere Viti, cecidere Parentum.  
 Immodicis, heù, quam rara senecta venit!

Ze-

## XX.

## Zelotipus ad Vxorem.

**S**i oculis contenta meis . Aspecta rapinas  
 Incitat, ac turpes pulchra Lacæna faces.  
 Initiata sua fræna pudor, nè laxa vageris,  
 Nè vagus à thalamo conjugis erret amor,  
 Invitat fures, patulo qui permeat auro;  
 Et justas vitiat, quæ patet arca, manus.  
**S**i primos oculi faciant, lasciva Diones  
 Protinus extremos ibit adusque gradus.  
 Insanis mulier flammis dat pabula, torqueat  
 Dùm cerussa cutem, dùm calamistra comam.  
 Sat pudor ad cultum; sat amabilis inde nitoris,  
 Hæc formæ laus est una, carere dolis.  
**C**asta maritales uxor commendet amores;  
 Nàm placuisse aliis, displicuisse viro est.

## XXI.

## Alexandri Magni tumulus.

**Q**ui latuni retulit victoria signa per Orbem;  
 Magnanimo exiguus cui tamèn Orbis erat;  
 Flebilis umbra jacet. Cupidos qui stringitis enses,  
 Discite. Alexandro vel brevis Urna sat est.

I

De

## XXII.

## De Pompejo Magno.

**R** Omuleis virtute parem dedit Hecora muris,  
 Dùm stetit; extinxus par fuit excidium.  
**I**usit in Emathiis nimium sors invida campis,  
 Et formidati reppulit arma Ducis.  
**Q**uæ modò defuerat partis angusta trophæis,  
 Ad tumulum misero terra vel ipsa deest.

## XXIII.

## Mors Neronis.

**P** Ost scelus innumerū fudit sibi guttura. Dignus  
 A diro mortem fetre Neronē Nero.

## XXIV.

## Neronis tumulum.

**C** Rudelitatem marmor hoc nequissimi  
 Frænat Neronis, Orbis & pestem domat.  
 Jàm monstruosam vicerit famam scelus;  
 Leve sed nefas, fuerit sibi quòd Carnifex.

In

XXV.

In Psaltriam.

**C**Antat, & excantat vocis modulamine sensus ,  
Ut cor ille&t;a virus ab aure bibat.  
**E**rgo quis insidias, quis pulchra pericula vitet,  
Si lepida cantus fraude venenat Amor ?

XXVI.

Epitaphium homini positum  
qui tempus malè prodegerat.

**T**Ocum contrivit, quod conterit omnia , tempus ,  
Dùm per vana suos compulit ire dies.  
**V**ita fugax Solem non est imitata fugacem ;  
Quòd vitæ fructus defuit, umbra fuit.

XXVII.

In Puellam , forma superbiētem.

**D**Eliciis que lata sui modò riferat ævi ,  
Mōrentem brumæ crimine , cernis humum;  
**C**ynthia, deiiciat formosa superbia fastum:  
Non habet absimiles nān' tua forma vices.  
**P**ræcipitat florens, annis properantibus, ætass  
Atque horris vernat mala venusta rosis.  
**S**Ic mutata gemes ereptum crinibus aurum ,  
Pectore ebur, malis Chlorida, fronte jubat.

I 2 De

## XXVIII.

## De Mutio Scævola.

Dùm ferus insultat Romanis Porsena mutiss;  
 Dùm vicina Tibris funera plorat aquis;  
 Mutius hostiles ardens ulciscier ausus,  
 Impicit Etruscum castra per ipsa Ducem.  
 Jàm ferit, & palmas Cupressus moesta maritat:  
 Jàm ferit, & Patriæ nobilis ulti<sup>r</sup> ovat.  
 Devius at meta culter deceptus aberrat;  
 Unde flagrans ira, Scævola fortis ait:  
 Ardeat igne manus, quæ turpiter arsit in armis,  
 Et sibi funereas nutriat usta faces.  
 Pater ne mei fuerit Patriæ malè fida? libenter,  
 Hostem quæ nequijt perdere, perdo manum.

## XXIX.

## Mutius Scævola.

Sospes adhuc nostræ ridet molimina dextræ  
 Porsena? Adhuc Romæ cogitat excidium?  
 Indignum facinus! Fortuna sed invida, cæptis  
 Adversata meis, abstulit ingenium.  
 Abstulerit. Subeunda tamèn mihi poena merenti,  
 Mox vorat impavidam flamma petita manum.  
 O' animi robur! Regem devincere Etruscum  
 Armata potior dextra cremata fuit.

Mu-

XXX.

Mutius Scævola.

**E**rgò Romanam sic molior ene salutem?  
Et Patriæ obstrictam sic benè solvo fidem?  
Dextra luat pœnam, quod inanem duxerit idum;  
Non hosti illatam, perferat ipsa necem.  
In cineres abeat, meritis arsura favillis.  
An mea, quæ Patriæ, dextra, sinistra fuit?

XXXI.

Idem Argumentum.

**P**legete, si merui. Vilem pro Rege ministrum  
Perdidis, & hæc ausis meta superba meis?  
Dent mihi, dent fatum sceleri. Si Porsena casum  
Ridet, & à merito vulnere sospes abit;  
Dextram flamma voret. Romano militi, Etruscas  
Deviatura manus, sufficit una manus,

XXXII.

In Neronem.

**C**um patrias hilari spectaret lumine flamas;  
Impulit ad numeros impia dextra lyram.  
Tum Nero maternum sevo bibit ene cruorem;  
Et jubet, unde dies hauserat, ire necem.  
Sed male crudelem convincit fama Neronem,  
Maternum colubris mos lacerare finum.

I ,

R O

## XXXIII:

## R O S A.

**I**N r̄sum laxatur Ager, quod vicerit acrem  
 Vix hyenam. Mollis sed Rosa risus agri est.  
**H**anc, matutinis dūm sudat roribus Æther,  
 Æthereo Zephyrus nectare sparsus alit.  
**C**umque inter flores Regina superbiat omnes,  
 Elata munit cuspide spina thronum.  
**Q**uae tamèn à vario fulget pulcherrima cultu,  
 Non una est illi forma, nec unus honor.  
**S**ed modò puniceos pudibunda occultat amīquas,  
 Et religat flavas ingeniosa comas;  
**E**t modò statuum recludit amabilis ostrum,  
 Et quas puncta Venus sanguine pīnxit opes.  
**N**on ista Sidonias inflammat purpura lanas;  
 Non is in Auroræ fulgūrat ore color.  
**C**onspicuum cingat seu palla smaragdina florem;  
 Seu rutilans auri lumen adumbret apex;  
**J**am Solem radiare putas. Quin æmula tandem,  
 Sole oriente, oritur; Sole cadente, cadit.



Ve-

## XXXIV.

## Venatio.

**D**elicias nutrit, trepidis impervia curis,  
Sylva; nec eripiunt otia lenta dies.  
**F**as modò per vacuum jactis dare cotibus alas,  
Ut cadat in casses acta Columba meos;  
**I**gnea disploso modò glans emittitur ære,  
Unde Erimanthæum sternere conor aprum.  
**S**æpius exposita captare palumbe palumbes,  
Sæpè juvat lepores exagitare leves;  
**S**eù lubet æripedes hasta configere Cervos,  
Viscatis vel aves excipere insidiis.  
**O**mnia defuerint; animo satis una voluptas,  
Quam venamur, erit maxima præda quies.

## XXXV.

## In Lesbiam.

**N**igra petit gelidum brumali sidere Tibur.  
Jàm scio, Vult albam frigoris æte cutem.



## XXXVI.

## Corpus Civile.

**C**um populus magno partes in corpore præstet,  
Rex caput est. Ipso, membra, labante, labant.

## XXXVII.

## In Legulejum.

**M**axima Cæsarei cupidus legit æquora Juris;  
Gemmiferis Eritræ fertiliora vadis.  
Nec vastas horret pelagi tam divitis undas.  
Naufragu si pereat cymba, cliente perit.

## XXXVIII.

## Votum Causidici.

**M**atutina ferant vigiles monumenta Clientes;  
Et nostras oneret sportula multa fores.  
Rixator caleat: delator vellicet: omnes  
Jurgia sollicitent irrequita Forum.  
Causa mihi fuerit sub judice dicta supino;  
Qui tamèn auritas porrigit ulterò manus.  
Collecto niteat vestis de pulvere. Pergat  
Nec sine lance manus, nec sine lite dies.

Stu-

## XXXIX.

## Studium legale.

**P**lutimus immensum transmittit navita pōtum;  
 Atque procellosas non timerit ire vias.  
**O**ceanos aperit, nulla sed puppe domandos,  
 Astræa, Hoc ratus gurgite Typhis erit,

## XL.

## In Europam JOSEPHI de Riberæ, Pictoris celeberrimi.

**O**blinit egregiam formam RIBERA Puellam;  
 Luce micare oculos, flore nitere genas,  
 Jam geminis ardent animata corallia labris;  
 Jam levis auratam ventilat aura comam,  
 Committit parvis ea virginis ora tabellis;  
 Vivaque pictrices dant simulacra manus;  
 Pingit Agenoridem; pictæ famulantur Amores;  
 Ferre putet niveos læta per arva pedes.  
**A**equi ego: ni timeat suspectæ Conjugis iram,  
 Ludere fallacem posset imago Jovem.



I 5 In

## XL.I.

In eundem de Ribera,  
 Ob elegantem nostri Salvatoris  
 Iconem.

V Nius addictis ( fas uni ) dextra tabellis,  
 Fulmina Pellax pingat, & ora Jovis.  
 Cùm tamèn èternum referat super astra Tonantem,  
 Et majestatem spiret imago suam,  
 Vincit Apollæos meritò RIBERA colores ;  
 Exprimit ille homines, exprimit iste Deos.

## XLII.

## In Eundem.

T Erruit, fratrum retulit seù Nerea, puppes;  
 Incepuitque suas naufragia Doris aquas :  
 Seù flumen; rapido properavit in æquora cursu ,  
 Et tenuit vitreas mobilis unda Deas.  
 Ver color accivit? Vernis mox pulchrior horis ;  
 Induit Idalias purpura jussa rosas,  
 Sæpè vel è piëto suspiria gutture duxit,  
 Attica per tela sæpè volavit avis .  
 Omnia Naturæ tandem miracula pinxit  
 Pingere RIBERAM vix satis ipsa foret.

In

**XLIII.**

**In ejusdem obitum.**

**I**N Charitum RIBERA genis Risumque, Decusq;  
Expressit moriens exprimit en lacrymas.

**XLIV.**

**In ejusdem obitum.**

**H**IC vivam restahens morte sub marmore Pictor,  
Dedidicit picto mortis ab ore mori.

**XLV.**

**Idem Argumentum.**

**E**xanimat moriens quascūq; animaverat umbras;  
Hinc lacrymas telis invida mors adimit.



## XLVI.

## In Dic Cinerum.

**Q**Uæ obiectos referant crystalla nitentia vultus;  
 Alter amet; vireas consulat alter aquas.  
 Splendida decipiunt liquidi mendacia faxi,  
 Falsaque mobilibus ludit imago vitris.  
 Sive coloratis appinxerit ora tabellis;  
 Non benè pectorices dant simulacra manus.  
 Frangite jam speculum, vanos prohibete colores;  
 Nesciat obtutus labilis unda meos.  
 Dent vitta, dent undæ, pectoris dent noscere telæ  
 Qualis sum; disco à pulvere qualis ero.

## XLVII.

**Blasio Cusano,**  
**Epistolas heroico in primis cha-**  
**ractere scribenti.**

**B**lstonius quondam fretus testudine Vates,  
 Dicitur infernas expediisse vias.  
 Priscam ludo fidem. Scribis, CUSANE, salutem,  
 Et foget extinctos mox rediviva salus.  
 Excitique ineunt cineres commercia vitæ,  
 Quam semel abruptam necltere Parca nequit.  
 Gloria Thespiadum! Potis est animare silentes  
 Docta Lyra, Manes, prodigiosa manus,

In

XLVIII.

In obitum Marci Aurelii  
Severini,  
Medici Calabri, celeberrimi.

**S**EVERINUS obit. Lacrymis quis parcat obortis?  
Mille sub unius funere Parca premit.  
**N**amque laborantes nunquam susceperebat agros,  
Quin veluti strido, vicerit ense malum.  
**P**eonias unquam melius quis calluit artes?  
Quisue Machaoniam ferre peritus opem?  
**S**epiūs ancipitem Lachesis cum stringeret ensem,  
Restitit, abruptam necere jussa colum.  
**C**oncessit fato tandem. Sed pallida vultus  
Mors fertur medicas extimuisse manus.



In

## XLIX.

**In obitum Petri Antonii  
Capalbi, amicitia con-  
junctissimi.**

**T**Am festina meū capuerunt Fata CAPALBUM?  
Heū mihi mors animæ dimidium rapuit.  
**Q**uæ modò Phocæum, quæ fabula canet Orestem?  
Illiū hæc vicit pectora fida fides.  
**Q**uamvis extremum non fecerit ara periculum;  
Ara fuit duro tempore fidus amor.  
**C**um tamè experiar, rapto quem posse sordali  
Vivere dimidium, dimidiumque moris;  
**T**u vives nostri pars candida cordis. Amici  
Infelix ego pars emorientis ero.

## L.

**Amico rusticanti.**  
**C**um versus unà mitteret, & mellis  
favos.

**V**rbanum retines, ruris licet incola, morem;  
Atque ubi lympha fugit, non tibi fluxus amor.  
Sic memor es nostri, scù mel, scù carmina mittis;  
Suavem namque facit munus utrumq; fidem.  
Cederet Hybla favos, Helicon sua carmina. Tandem  
Si dare quid lubeat dulcius, ipse veni,  
ja

L. I.

In Amicum felicitate corruptum.

P Auperies nimium premeret cū sāva Mamercū,  
Cultor amicitiae quippè Mamercus erat.  
Cūm Fortuna suos mutaverit improba mores  
Mutavit mores improbus ille suos.  
Divitiis vitium. Cēù flumina eensus inundet,  
Ingenitas animi depopulatur oper.  
Copia sit rerum, dives nequit esse Mamercus.  
Sævior, ut subiit pauperies animum.

L I I.

In Chymicum, Galeno adversum  
jocosè.

A Urum Virgilijus de stercore legerat Enni.  
Tu modo Galeni è stercore poscis idem.  
At reverere Senem, excernat, doceatve verendum,  
Cur malè olet, cuius tam bene stercus olet?



Pa-

## L I I I.

**P**alinodiam canit.  
**D. Blasio de Russis.**

**S**piritus in mistis. Secernit, & abstrahit omnem  
 Chymicus, & partes eleuat æthereas.  
**Q**uod reliquum, Galeno, tuum. Molite salutem.  
 Non, nisi spirituum munere, nostra salus.  
**P**ocula Pergamei procùl hinc medicata Magistri.  
 Hæc quicumque babit, non sine face babit.

## L I V.

**In Astronomum.**

**S**ollicitus Fati superos interrogat ignes,  
 Stultitiamq; docent Astra rogata suam.  
 Festinant misero distantia fata. Sinistris  
 Casibus ut caveat, decidit in cayeam.



**In**

L V.

In Aldum.

**E**RUDIT INFELIX HOMINEM FORTUNA. SUPERBI  
ALDUS erat genii, lenis & ALDUS erat.  
DIVES ut enituit, rediit persona. Quid istuc?  
Quod lapis est auro Lydius, aurum homini est.

L V I.

Meritum fortuna interdum  
suppleri.

**Q**UAM benè fortunam felix audacia cogit!  
Nec semel immeritis contigit iste favor,  
Herculei raro penduntur in Orbe labores;  
Raraque virtutipræmia, rarus honor.  
Induperatoris raperet quod sceptra, sat illi,  
Dùm Fortuna probum negligit, esse Probum.

L V I I.

Battologi Epitaphium.

**Q**UI nusquam blatero filuit, qui marmora tundes,  
Omnes exegit garrulitate dies;  
Hic blateraret adhuc. Sed justa silentia lingua  
Mors jubet, & nigro devovet Arpocrati.

Ejus-

## L V I I I.

## Ejusdem Epitaphium.

**E**Necuit nostras, qui caute loquacior, aures,  
Hic rigida jussus morte silere, silet.

## L I X.

## Ejusdem Epitaphium.

**C**ornices vicit. Nè des modè verba silenti;  
Garrula vel marmor tunderet umbra suum.

## L X.

## In Ponticum.

**E**st Parris, est Atavi genus alto à sanguine clarus:  
Est Parris, est Atavi gloria, fama, decus.  
Nam tibi de titulis quota pars delata superbis?  
Nulla; quod exheres omnia plebis habes.



In

L X I.

In Ludimagistrum.

**C**Alleat Alvarum, veteres qui præterit omnes,  
Atque tropis dicat, Quintiliane, tuiss  
At malus est, habitus si declinare scelestos,  
Si cacoeta nequit flectere Grammaticus.

L X I I.

IN BALTHASSAREM  
PISANVM.

**M**Ellea Dircaeo despondet carmina ple&ros  
Unde bibens avida Delius aure melos:  
Equis, ait, volucres cantu sufflaminat orbes?  
Imperat astrigeram quisve silete Chelym?  
Tanta ne mortali superos excellere virtus?  
En melica nostrum luditur arte decus.  
Aurea Balthasarem proclamat Fama canorum;  
Lætaque Balthasarem Pieris ipsa canit.  
Ille stupens: at me pondus quid inane fatigat?  
Victam, ni satius frangerem, cedo lyram.



Ad

## L X I I I.

## AD FABIVM BOVEM.

**A** Rentes duplici Parnassū culmine lauros  
 Nutrierat lacrymis Calliopæ suis.  
**Q** uæ mihi delicias Sors invidet atra videntes.  
 Atque diù exultas tot mihi perdit opes?  
**Q** uæ temeravit hyems vegetos Peneidis artus?  
 Et patitur nostrum Phæbus obire decus?  
**H** as ea mærenti geminabat corde querelas;  
 Audiit, admota Delius aure, sonum.  
**D** esine, ait, pulchram patiar tabescere frondem?  
 Urit adhuc Phæbum Daphnidos urit amor.  
**M**andat opus. Tamèn è cunctis sibi deligit unum,  
 Quo renovet sacras Delphica sylva comas.  
**E**t steriles doceo culturum vomere glebas,  
 Protinus insignem misit in arva BOVEM.



Ad

L X I V.

AD ANDREAM ARIANVM.

**A**Rdua Pegasidum domus est. Ascendere culmen,  
Nec per aperta semel, nec per amena datur.  
Hos salebræ, hos prohibent abrupti ruderamotis;  
Tu obstantem gaudes impiger ire viam.  
Quamque aliis seram desudant secula laudem,  
En tibi festinam prima juventia parit.  
Quid? præmaturos unidat carpere fructus  
Gloria, quem præcox excolit ingenium.

L X V.

AD IOSEPHUM BAPTISTAM.

**H**Eù rapitur pennis mortalis vita citatis,  
Cùm simùl exortos enecet umbra dies.  
**S**egnius è Scythico telum dimittitur arcu?  
Segniùs è nebulæ solvit unda sinu.  
**H**inc avide stat quisque necis data præda rapimis,  
Metaque stat jaculis quisque petita suis.  
**T**u modò, qui Latiis religas nova ferta Camænis,  
Ingenioque novas divite fundis opes;  
**A**urea cui docilem dum Fania reciprocat Echo,  
Pergeminos volitat semper adulata polos;  
**S**eù vis perpetuis metiri tempora fastis;  
Spicula seù mortis ludere; plecte Lyram.

He-

## L X V I.

## Heliogabali Tumulus.

**C**ùm roso premeret conyivas imbre Tyrannus,  
Pavit odoratam florida cæna necem.  
Sycascelus punit. Verner nūm floribus urna?  
Lethiferas pendit fæda cloaca rosas.

## L X V I I.

In ascititix nobilitatis  
Thrasonem.

**M**Ajorum repetis virtutem sæpè tuorum.  
Sæpè decus, sæpè stemmata, sæpè togas,  
Cùmque tuam veteri deducis origine gentem,  
Vix facis Assaracum nobilitate parem.  
Attamen erubeas, vacuo te vertice tollis;  
Gloria, quam jactas, aptior ornat Ayos,



In

L X V I I I.

In Ponticum.

Ponticus insculptas veteri sub imagine ceras,  
Et longo claros ordine monstrat Avos.  
Nic rostris Petilem, castris dedit alter Ulysses  
Claruit ille toga, claruit ille fago.  
Quid formosa iuvant Thersithen ora parentum?  
Quid tenerum fortis Astianacta Paires?  
Nobilitas animi decus est, & magna supellex;  
Quodque dedit virtus, explicat ipsa jubat.  
Hinc niteas, nitidum faciat nè bractea nomen;  
Ingenuumque probis moribus esse probes,

L X I X.

Ioanni Iacobo Lavaniæ  
S C A Z O N.

A lumne Phœbi nobilis, decus Pindi,  
Ardorque inexplicabilis Camœnarum,  
Corona Vatum; perge jam Caballino  
Haurite fonte ne&tar, & melos nulla  
Unquam ore libatum, nec aure depotum,  
Beare mentem, pertinacioresque  
Domare curas, usque pe&tori infestas,  
Monstra potis, efferatiora vel quot quo<sup>t</sup>

COR-

**Gorgoni agit, serpentibus capillata.**

Iam nube frontis explicata, opus cogis  
**Ad exoletum; & omnibus procùl curis**  
**Cor feriari siuis, ut æstuans cantu**  
**Jubes remitti, dulcè qui lyram plectis.**  
**Resumo Cytharam, populoque pendentes**  
**Exploro tecum desides diù nervos;**  
**Fori tumultu paululùm quiescente;**  
**Nec pulvere obduci vereatur, ad vestras**  
**Obstricta laudes Musa. Concitor nixu**  
**Pegaseo; at altum prosequi Cycnum, pennis**  
**Sub astra passis, inde nec fatigatis,**  
**Vetor palustris; concidoque, longoque**  
**Prospicio tractu præperem. Modis ergò**  
**Nobilibus, i, vindex canorus, immuni**  
**Obliuiosam claude nomini lethem,**  
**Agedùm, LAVAGNA, discat è tuis Parca**  
**Parcere metris; quæ dura cæteros perdit,**  
**Uni stat exoranda; nè time lethum,**  
**Victurus æviterna. Te mori virtus**  
**Ingens vetabit, quæ citos tenet soles.**

Nos interim, vitæ asperas per & Syrtes,  
 Et æstuantes usque & usque per fluctus,  
 (Amantis animi symbolum, obsequentisque)  
 Sinas jocosum dedicare SCAZONTEM.



Ru-

## L X X.

**Rusticandi studium.  
Laurentio Crasso.**

**N**ULLA mihi jam cura strepat. Dū restat, ad horas  
 Vitæ tranquillas rura beata vocant,  
**R**ura vocant, ubi pax, animum complexa serenum;  
 Gaudia, liventis nescia nubis, alit.  
**E**t nisi de Vitulæ taurus decerret amore,  
 Nulla calent odiis bella, nec arma sonant.  
**E**xpleat unda sitem, mensq; obsonia simplex  
 (Deliciæ Regum cedite) præstet olus.  
**Q**uæ procùl Urbe quies, cū gramine ridet in arvis;  
 Dulcia sic laudas ocia ruris amor.  
**S**uavem da Comitem, cumules ut gaudia; cur te  
 Pulverei teneant jurgia mæsta Fori?  
**C**rassæ, tuæ quām docta Lyrae miracula cogent  
 Per mea Pierios rura salice Choros.



K

Io-

## L X X I.

## Iosepho Palumbo.

**P**terris insueta Choris quis carmina fundit,  
Unde suas haurit delicias Helicon?  
**V**el nova Tyrreno blanditur in æquore Sirens;  
Miræ vel astrigero decidit orbe chelys.  
**N**il cantus mortale sonat, nil barbiton. Audit,  
Attonitosque tenet Castalis unda gradus.  
**T**unc, Palumbe, canis? Tollat sua culmina Pindus;  
Aoniis decima est addita Musa Choris.

## L X X I I.

Christo Domino, cùm infans in præ-  
sepe vagiret.

**A**H gemis, ac teneris agitas vagitibus autas;  
Gaudia qui fusis auspicet à lacrymis!  
**S**ol radias. Ortum rapiant quæ nubila Solem,  
Qui media potis in nocte aperire diem?  
**N**è gemitus radiantes nubat ocellos;  
Unde suas repeatat nox inimica vices.  
**J**àm risu, divine Puer, cognosce Parentem;  
A risu veniet lætior ipsa tuo.  
**Q**uòd stipulæ pungant, vagis? quòd frigus adurat?  
Mordeat & rigidum membra tenella gelu?  
**V**ilia nùm mætes inter præsepia Cunas?  
Hastibi delicias ipse paravit Amor.  
**Q**Amor! Humanas venit qui tergere sordes,  
En parat in lacrymis prima layactra suis.

In

LXXXIII.

In repente divitem.

Affinea misero vitam traduxerat Iro,  
Cum sua res vili vilius astre foret.  
Jaetatus Fato censem nunc jaetat equestrem;  
Dum subito Attalicas augmine vicit opes.  
Qui sic! Instabilis ludit Fortuna. Sed heus tu;  
Cum tumet, illimi non fluit Arnus aqua.

LXXIV.

In gloriosum Poëtastrum.

Turgida cum recitas inflatis carmina buccis,  
Non renuunt plausus densa theatra suos.  
Nemo tamèn Phœbi te, Cinname, dicit alumnum,  
Et nulla est fidibus conciliaçā fides.  
Sic Thraso habet gladiū, nusquam gladiator. Habet  
Phœbinus citharam, nec Citharœdus erat. (bat

LXXV.

Tyranni imago.

Vel Tygres ætas emollit; nulla Tyrannum,  
Spina magis pungit, quod magis ipsa senet.

K 2 In

## L X X V I.

## In divitem superbientem.

**I**Nduat Oebalio saturatas murice lanas,  
 Et Phrygia cultus veste superbus eat;  
 Consequitur tamèn elatus ludibria vertex,  
 Quòd priscum nequeat Sors variare genus.  
 Nil phaleræ prosunt, Arcas quin rudit **Astellus**,  
 Pergit eques, nec fit Calliodorus Eques.

## L X X V I I.

In Pauperimas Christi  
Domini Cunas.

**E**N Deus in stabulo, gremio qui Virgine natus,  
 Commendat gelido lectea membra solo.  
 Sternere jam rutilos ambirent sidera flores,  
 Sparsaque puniceis terra subesse rosis;  
 Fœna tamèn molles excusant hispida cunas;  
 Et stratum paleis eligit ipse torum.  
 Scisne? Decussatis inter præsepia culmis,  
 Innumeræ Christo præbet arista Cruces.



In

LXXVIII.

In Christi Domini Natali die.

**M**axima Virginei stupeant miracula partus.  
Hæc parit vñ à hominé, quæ parit una DEVM,

LXXIX.

Hominis Epitaphium.

**D**ura triplex hostis misero certamina movit,  
Hic mihi de triplici contigit hoste quies,

LXXX.

Idem Argumentum.

**A**fiduo interitu vivus mea funera duxis  
Quò dque mori didici, dedidicisse mori est,



k 3 In

## LXXXI.

Synteresis, contritio, & fiducia  
de Salvatoris nostri beni-  
gnitate.

**P**recipitem rapui scelerum per lubrica cursus.  
Abruptaque viæ limes abyssus erat.  
**T**um mihi, cùm studiis arsit juvenilibus ætas,  
Non nisi de studiis noxia quæsieram.  
Noxia quæsieram, miseris quod contigit ægris;  
Et placuisse, animæ quæ nocuere meæ.  
**C**onscia nunc vitæ mens excitat ipsa dolorem;  
Vindice confractum corque dolore eadit.  
**T**u spem, Christe, foves, tua me clementia firmat,  
Dùm trepido pugnant spesque, metusque sanguis.  
**A**t si tanta meis pæna est, heu, debita noxis,  
Ut procùl aspectu damner abite tuo:  
**N**è à te divellar, dirum nè trudar in Orcum,  
Ipse tuos, bedez more, ligabo pedes.



Hi-

## LXXXII.

### Hiberni frigoris medicamen.

P Lutimus en gelido descendit Juppiter imbre,  
Et niveo nudam syrmate vestit humum.  
Pendula penè meum producit stictia nasum:  
Penè riget summis halitus ipse labris.  
Balnea quæ foveant ignem quæ provocet Ornyus?  
Quæ stupidum valeat solvere flamma gelus?  
Spumea funde, puer, veteris cærchesia Bacchi,  
Nam thoraca potis texere vel triplicem.  
Nostra satis promet sobriis Calaserna diotis,  
Quo velut epoto ferueat igne crux.  
Si tamèn est ultræ bibulus quem torqueat ardor,  
Hauriat œnophoris, Bucchilie, tuis.

## LXXXIII.

### Calendæ Ianuariæ.

Q Ui rediere dies lætis fas addere fastis;  
Prospera sint nobis omnia. Janus adestr.  
Pinguius sufficient dissecetæ pabula tædæ,  
Cùm nostros fugiant cynamma odora focos.  
Nulla meos tamèn aspergant opobalsama crines,  
Cinctaque sutilibus tempora nolo rosis;  
Funde sed undantem liquidis cratera pyropis.  
Vita, nisi infusa vite, virere nequis.

## LXXXIV.

In Pueram, aureo comas gla-  
diolo ornatam.

**A** Spicis ornatam, tenui licet ense, Lycorim,  
 Quæ lateris socium crine superba gerit.  
**P**alleat omnis amans. Oculis incendia vibrat,  
 Vincla comis nequit; sed parat ense necem.  
**Q**ua miser evites speciosas arte ruinas?  
 Ni fugias, referet certa trophæa Venus,

## LXXXV.

## In Vetulam, facie cerussatam.

**I** Am cecidere genis, annorum turbine, flores,  
 Et rigido faciem vomere tempus arat.  
**D**octa sed annosis serit en mendacia sulcis;  
 Invitumque lito ridet in ore decus.  
**I**mperit hinc Lalagem frustrâ importuna senectus;  
 Edocet arentes art revire genas.  
**Q**uin, licet obducto Mortis pallore, perennis,  
 Morte vel invita, vivet ille color.

Hu-

## LXXXVI.

**H**umanæ vitæ fugacitas.

**S**Ol ve sed undivagam, zephyro spirante, falellum;  
Cerne, sed indomitus quem voret ignis, agrum.  
**I** simul, intortas supero Jovis orbe sagittas:  
Excipe, & Aeolias, i, temorare fugas.  
**O**cior at vita est. Volitet super æquora pinus:  
Ignis edat: fulmen deciderat: aura volet.

## LXXXVII.

**C**helys.

**P**Er mediæ si curras oves cœus arte caballus:  
Ismaros distet reddere sylva modos.

## LXXXVIII.

**In auri pallorem.**

**E**N facies auro pallet; quod scilicet auri,  
Nequitia fomes sit, scelerata famæs.

## LXXXIX.

## In detractorem.

**Q**UOD tibi dispiceā, nihil est mihi corde dolēdū;  
**Q**uod placeam, justi causa doloris erit.  
**N**e genio indignare meo; nām maxima laus est,  
**U**t placuisse bonis, dispiēuisse malis.

## X. C.

## Rusticatur.

**H**IC, ubi lymphasuos lacrymatur vitrea casus;  
 Et ridet lacrymis exhilaratus ager:  
**H**IC, ubi stellato Cæli sub tegmine, tellus  
 Gramineum lateri sternit amena torum:  
**Q**uām contentus ago! Procūl hinc absistite curæ;  
 Dulcia sunt votis ocia parta meis.  
**M**ygdonias aspernor opes. Est carius aurum,  
 Quod propè nectarum sedula condit apes.  
**M**ane simùl roseo, distentas ubera pastor,  
 Dūm mihi mulget oves, carmina mulcet avis.  
**Q**uis revocet? Favor alliciat quis futilis Aulæ?  
 Quis mea subripiat gaudia piætus honor?  
**I**procūl Ambitio, cupidis quæ cordibus cœstus es.  
 Sola reples animum conciliata quies.

Ae-

XCI.

Aegeriae in fontem versæ  
Epitaphium.

Quæ babit æternum liquida de morte dolorem,  
Et sævo fati vulnere fracta gemit.  
Hic jacet infelix. Humentia spectra, vel urnam  
Quæritis? In lacrymis en tumulata suis.

XCII.

De Niobe.

Foemine i steterat spectrum lacrymabile fax;  
Phydiaca melius arte, doloris opus.  
At miser, vxoris fato percussus iniquo,  
Amphion mæstis ora rigavit aquis.  
Denique Thebanam lapides qua movit ad Arcem,  
Sollicitat querulæ fila canora lyræ.  
Sic animare studet. Mulier tamèn ipsa, canoram,  
Quæ saxo magis est dura, recusat opem.



## X C I I.

## Narcissus.

**V**T vidi, ut perii. Liquidis incendia vitris  
 Ebibi, & ardentem condidit unda rogam.  
**Q**uod visam nequii complexu stringere formam,  
 Vazano didici captus amore mori.  
 Hospes, odotatum lacrymis nè sparge sepulcrum;  
 Nàm meus infusis plus viget ardor aquis.

## X C I V.

## De Virgilio Marone.

**E**sylvis doctas eduxit ad arma Camœnas;  
 Mçoniam gaudens exanimare tubam.  
**C**ùm Latium strueret divino carmine Pindum:  
 Cedaret atque Epicum Musa Pelasga melos;  
 Sceptra supercilium tollunt adversa. Maronis  
 Invida diffusum non tulit umbra jubar.  
**Q**uem tamèn hic reprobat, Vatē probat ille discessū;  
 Quique nocet pariter, quique tuetur, habet.  
 Vicit utrumque simùl Virtus, quæ maxima. Fama  
 Nil minuit livor, nil superaddit Amor,

Lex

XCV.

Lex.

V Exat atrox humiles, vitat Censura superbos.  
Stant benè jura bonis fixa, refixa malis.  
Sedula sic tenues orditut Aranea telas,  
Quas leve muscarum tendat ad aucupium.

XCVI.

Laudat D. Josephum Artale,  
Cùm sua Carmina prælo  
commendaret.

L Udere Threiciei si fas miracula Vatis;  
Si nequeat fidibus démeruisse fidem;  
Nec juvat Othrisias deductas carmine quercuss;  
Nec riguisse tuos, Strymonis unda, pedes;  
Plaudite Pierides. Vicit mendacia Plectrum,  
Quale nec argutis personat Ascra jugis.  
En meus Artales, Citharam dum pulsat eburnam,  
Blandus in obsequium saxa, ferasque trahit.  
Ipsa, viden, laurus, numeris impelta canoris,  
Profilit in meritas ambitious comas,

Lau-

## XCVII.

Laudat NICOLAI de TVRA,  
nunc Episcopi Sarnensis, Poe-  
sim (*Aborti Poetici*)  
inscriptam.

Fœta Camena parit. Maturos Gloria fœtus  
Excipiens, cupidos pandit amica sinus  
Dat speciem Cytherea, jubar Titania proles,  
Fama decus, Charites ubera, TURA animam.  
Atqui adimas fronti vitiū. Quis juret ABORTUS?  
Sæt benè. Quò niteant, occupet ora pudor.

## XCVIII.

De Eodem.

TURA canit. Duplici respondet vertice Pindus:  
Qua benè TURA canit, dene benè thura Lyre.



Ad

## XCIX.

### Ad Fridericum Meninni.

Dulce canens, Friderice, novum ihi singis Olor,  
 Cui tamèn argutis accinit Ascta jugis,  
 Jam numeros laxa; infelix licet obstrepat anser,  
 Sive molesta pigris Rana coaxet aquis.  
 Obtenebrant? Heros trino tutabitur Astro.  
 Sic tuus è triplici luce perennat honos.  
 Par est. Sidereum præstas qui carmine Cycaum,  
 Clarior hæc inter Sidera, Cycne, micas.

## C.

### D. Mauro Verdonio ; Cùm suavi Rosarum, Fragorum- que muneri versus adderet suaviores.

Blandas, Maure, Rosas, & fraga rubentia mittis;  
 Quà tamèn id facias ab ratione, latet.  
 Ingenuo veniunt aptissima fraga pudori;  
 At Rosa nec malis, nec venit apta comis.  
 Rescio. Prò teneri lusus quam pulcher amoris!  
 Ut religes animum florea vincla facis.  
 Dùni tamèn è culto gemmas tu colligis horro,  
 Pulchrior è numeris est mihi gemma tuis.

## In

## C I.

## In dispares Nuptias.

I N tota canitur formosior Urbe Lycoris;  
 Nec tamèn in tota est vilius Urbe genus.  
 Frons radios, licet obscuro de sanguine, vibrans  
 Et vel trina suo ridet in ore Charis.  
 Nobilis hanc ardet, nupiam sibi jungit Ephebus,  
 Maxima cui formæ dos, sine dote, placet.  
 Conjugis an pudeat? Generis quæ gratia tandem?  
 Sola facit Species conditione pares.

## C II.

## In Tabacum.

I Ngluvies, turpisque avidi lascivia nasi;  
 Florida pernicies, pulverulenta lues.  
 His quicumque dolis nostras irrupit in oras,  
 Dignus, quem pelagi perderet ira, fuit.  
 Pulvere scù lateat, scù fronde, aut lurida fumet,  
 Visa mihi Stygiis etura pestis aqua:  
 Dispereat. Tu caute manus avertes, Tabacum  
 Qui capit, è bifori nare aconita capit.



In

## CII.

## In Tabaci Helluonem.

**D**um fareis avidum, cœnas in Apolline, nasum;  
 Quamvis pulvereum devoret ipse cibum.  
**F**ercula fastidit, vel Persica, sœpè palatum.  
 Hæc sacrum nasi plus alit esca famem.  
**S**ordida si speiem tamèn emunctoria, lis est,  
 An turpè excernat, vel tua naris edat,

## CIV.

## In Cabalistam.

**Q**uæ mihi Thebanus nunquam recluderet augur,  
 Non Phœbi tripodes, tu, Policarme, canis.  
**N**iliacos latuit, Chaldæis excidit; ipse  
 Calles, quæ primi vix didicere patres.  
**R**es numeris est nulla tuis obscura; sed unum  
 Nescis; quæ via te dirigat Anticyram.



In

## CV.

## In Cajum.

**E**st aliquid. Digo suspensum ventilat aurum,  
 Quod, rutila appendix, candidus ornat onix.  
 Prima terit, licet immeritæ, subsellia, clunes;  
 Totumque assurgit, prætereunte, forum.  
**C**ajus ait? plausu excipias. Tacet ipse? jubaret  
 Penè Stagirzam conticuisse Scholam.  
 Omnibus at notus, sibimet malè cognitus ipse est;  
 Num triquetro semet decipit ipse vitro?

## CVI.

## In Detractorem.

**S**ivè suo Corybas resonat ære; latratu  
 Sivè Lycisca suo; Cynthia pergit iter.  
 Sic, mea cùm laceres, infestos rideo dentes;  
 Ni frangat, saliens ex Helicone, lapis,



Le-

**CVII.**

**Lectoris delectio.**

**L**e<sup>t</sup>orem no<sup>r</sup>tr<sup>a</sup> lictorem nolo Camæn<sup>z</sup>;  
N<sup>am</sup> miseram jugulat, qui sine lege legit.

**CVIII.**

**De Alexandri continentia.**

**D**uxerat infra<sup>c</sup>to Pellæus ab hoste triumphus,  
Explevitque avidas Persica gaza manus.  
Subdiderat fortis Regem; sed visere pulchram  
Dùm caver uxorem , fortior inde fuit.

**CIX.**

**Ad ejusdem Tumulum.**

**M**Agnes erat; magnū n<sup>am</sup> fama renunciat, Heros;  
Paruus, si tumulum metiat, ille fuit.



**De**

## C X.

De B. Rosa.  
**Cùm spineam sibi aptaret  
 Coronam.**

**F**lore commas vario mos est ornare puellis :  
 Namque sub hoc latitat flore dolosus Amor,  
 Virgo Limana suos circumdat vepre capillos,  
 Namque sub hoc Dius vepre quiescit Amor.  
 Imperat ergò suos dumoso è cespite cultus ,  
 Ipsaque fit dumis pompa superba suis.  
**Quàm benè de spinis sibi deligit ipsa Coronam !**  
 Spina suam semper vendicat hirtarosam,

## C XI.

Vitè benè instituendæ modus.

**V**ita brevis tripli nobis componitur umbra ,  
 Quod fuit, umbra: quod est, quodq; erit, umbra  
**V**is de tam levibus deducere fœnora larvis? (simùl.  
 Temporibus discas imposuisse modum.  
 Sic da præteritum Lethe: præsentia recto:  
 Consilio tandem linque futura Dei.

De

C X I I .

De cruenta Christi nece.

**A** Ntipodas roseo sparsurus lumine Phœbus,  
Doridis occiduo novit obire sinu.  
**S**ol Christus. Piceas mortis quò pelleret umbras,  
Sanguineo radios occulit Oceano.

C X I I I .

Avaro parænefis.

**A** Ternis inhia. Cur stulte fugacia quæris ?  
Quæque petunt finem, cur sine fine petis ?

*Libri Quarti*

F I N I S.

p R O-

## P R O G R A M M A

## L I B R I V.

P Endebat salicis ligata ramo,  
 Minus Pierium, Chelys, suique  
 Oblita, & malè ludibunda ventis.  
 Fas erat, posito parumpèr Arcu,  
 Fortuna obsequium exhibere tristi.  
 At moræ impatiens, furentis oestri  
 Acta vi, simùl explicata nodis,  
 Visa est in digitos salire nostros.

Jam raptam instruo, dissonam, rudemque  
 Ad suetos iterum modos reposcens.  
 Nam juvat resonam ferire Buxum,  
 Me dum fors ferit, improbamque cogo  
 Plectri vindicias pati canoras.  
 Hinc plagis peso dictatum cruentis;  
 Presens hinc animo levamen egro.  
 Ille sic furit Appulas per oras,  
 Subdolo male Stellione punctus;  
 Sic atrum numeris lait venentem.  
 Quo servet magis, intimumque carpit,  
 Ad lyram magis excitatur ardor.



FRAN-

# FRANCISCI MARINI

*P O E S I S*

HIEROETHICA,

SIVE

EPIGRAMMATUM

SACRO-MORALIUM

*Lib. V.*

I.

DECAROLOV.

Imperatore Austriaco.

H OsteS edomuit, Pietas cùm fulsit in armis.

Cùm sua vietricem signa tulete Crucem.

Hæc acies armat; geminos hæc subiicit Orbæ;

Hæc simùl Austriacam sospitat una Domum.

Ex animo tandem jussis discedere larvis,

Mentita Imperium luce nitore videt.

Fortunæ lusus hinc ite volubilis, Inquit,

Sceptraque deceptæ pondus inane manus,

Dixit; & ingentes Regni dùm cedit habenas,

Invadit dextra liberiore Polum.

Est tamèn in parva magis admirandus Eremo

CAROLUS, in magno quām fuit Imperio.

Emit-

## II.

Eminentiss. Domino  
**P A L V T I O S. R. E.**  
**CARDINALI ALTERIO.**  
 In Stellas, nobilissimum  
 Ejusdem Stemma.

**Q**uam nitidas, Phœbo certantes, aspice formass;  
 Sidera sunt, radiis non obituta suis.  
**H**ec Latii Cynosura Poli, qua luce tumentes  
 Per fluctus habuit plurima cymba Pharum,  
 Has dudum coluere faces diffusa per Orbem.  
 Gens, ubi **CLEMENTIS** procubuere pedi.  
 Sex ea. Si lumen metiris, millia præstant;  
 Nec veniunt numero dinumeranda pari.  
**F**ulgida miraris portenta? **PALUTIUS** auget  
 Inclytus **ALTERIUM** septima Stella jubar.



Vir-

## III.

VIRTVS PVRPVRATA:  
Inprosperrima ad Cardinalitiam  
dignitatem promotione  
Eminentiss. Domini  
IOANNIS BAPTISTÆS.R.E.  
CARDINALIS DE LVCA.

Define, Roma, queri. Cœli clementia votis  
Jam risit, Pleno gaudia carpe sinu.  
Non eadem Sors usque rotat; nec squallida semper  
Stat rerum facies; Spes neque semper obit.  
Pulchra sub INNOCUO respirat Principe Victusa;  
Emergit, summos scandere jussa gradus.  
Aspice, De LUCA veniens, DE LUCE refusit.  
Ostra micent. Radios explicat ipsa suos.  
Fortunam, Merito indocilem concedere, vicit;  
Hinc sua sub tanto vindice jura tenet.  
Nec queritur vim passus Honor; desuetaque doctis  
Pandit Templa Viris. Define, Roma, queri,



L Emi-

## IV.

Eminentissimo Domino  
**D. B E N E D I C T O**  
**P A M P H Y L I O,**  
**S.R.E. Cardinali, ad communem**  
**lætitiam creato.**

**P**AMPHYLIUM sacro fulgentem vedit in Ostro  
 Pallas, & exultans: en meus, inquit, Amor:  
 En patris columen: spes en pulcherrima Romæ:  
 En nova PURPUREI pompa, decusq; CHORI.  
Quam benè Regales supereminet inter amictus,  
 Dùm sua conseruit nobilis ostra pudor:  
 Ingenium sublime dedi, quibus ardua pennis  
 Pervolat; at nitidum Gloria monstrat iter.  
 Non titulos ostentat, iners jām nomen, Avitos;  
 Ingenua suus est indeole partus honor.  
 Hinc quamvis noster vultu floreret Alumuus,  
 Obstupet emeritum Purpura nacta Virum.  
 Mers olim favit, nunc Pallas amica. Triumphis  
 Adiice PAMPHYLIAS, Martia Roma, Togas.



In

V.

In Dominicæ Nativitatis die.

**V**erbum balbutit; gelido Sol alget in antro:  
 Limes in immenso est, contrahiturque DEUS.  
**D**um sic homo, Cœlum fit humus. Jā nascitur; ipsū  
 Angelico natum discite martyrio.  
**C**ur vagit? Lacrymis molitur gaudia fūsīs.  
 Sic oritur noster roscido ab axe dies.  
**M**ira quidē, fateor: DEUS hæc tamèn omnia fecit.  
 Vis causam? Nostri compulit unus amor.

VII.

Idem Argumentum.


**I**nduit humanos, hominē dum querit, amīquas  
 Natumque in stabulum fortis adegit Amor.  
**D**ulcis Amor, JESU, jām corde renascere nostros;  
 Sed jubeas, nè te lèdat, abire gelu.  
**C**are Puer, quas præsto, humiles nè despice Cunas,  
 Vis paleas? arenis cor tibi dat paleas.



## V. I. I.

De Eminentiss. DD. TAYA, &  
RICCIO; cùm Dignitatem  
Cardinalitiam modestè ali-  
quandiu recusarent; tan-  
dém animi constātiam  
obedientia ex-  
pugnavit.

**Q**uà meritum senuit, Viētus quà floruit ingens,  
Dignas expetiit Purpura seta comas.  
E rubuit despecta tamèn; mox prælia miscent,  
Hinc apimus costans, inde repulsus Honor.  
Blanditias simùl hic armat, simùl ille rigorem:  
Strenuus ancipiti pugnat uterque manu.  
Vicit Honor tandem, vicit Constantia. Laudem,  
Cerravere pares, emeruerē pares.



De

## VIII.

**D**e Adolescentे Evangelico,  
quem Christus jàm defun-  
ctum revocavit ad  
vitam.

**D**elicium fuerat, sed funere raptus acerbo;  
Unica Maternus pœna Parentis erat.  
Dùm miser effertur, genitrix mœstissima funus  
Prosequitur, lacrymis obruta, scissa comas,  
Ultima Magdaleis tepluerunt fata querelis;  
Conclamatque suum mæsta puella procum.  
**C**hristus adest, loculum tetigit, juvenisque revixit;  
Unum animat, tamèn est redditia vita tribus,

## IX.

**D**e Alexandro Macedone.

**V**icit Alexander, qui fortia gessit in hostem  
Bella. Triumphati pulchra sed uxor erat,  
Cernete captivam renuit; bis vicit & hostem:  
Spicula cùm torsit, lumina cùm tenuit.

## X.

## De Eodem.

**P**ersa cadit, nec spes cadit in certamine. Pulchritus  
 Sponsa oculis iterum bella movere parat.  
**N**i tua jam fuerit; Dux o fortissime, virtus;  
 Bellonaz palmas eripuisse Amor.

## X I.

## De Eodem.

**P**ugnat Alexander; deflet sua sceptra Darius.  
 Captivum sequitur Regia sponsa virum.  
**F**ormoso volucres intorquet ab ore sagittas  
 Hinc Amor, & vivas hinc habet ipse faces,  
 Viseret sed cavit. Viatori plaudite. Fortem  
 Prestitit ille virum lumine, corde, manu.



De

## XII.

# De gloria Christi Domini in Cœlum Ascensione.

**E**cce triūphat Amor. Rutilum sua præda triūphū  
Ornat, & Empyreum parta tropheæ tholum.  
**A**ligeræ plaudunt reduci super astræ phalanges;  
Et resonant summo classica læta Duci.  
**P**urpuream rotat ille Crucem : colit iste rubentes,  
Plurima quas peperit sentis adacta, Rosas.  
**H**ic nitet à clavis, ast eminet ille flagellis,  
Fulget in alterius dura Columna manu.  
**H**ic calamis, alter sutis anademate spinis:  
Hic clamyde, hic sceptro gestit arundineo.  
**A**tque alia, atque alii, humanæ monimenta salutis,  
Edomitæ, extollunt, arma retusa necis.  
**M**ors quoque, dum niveas agitat Victoria pennas,  
Fulcit adoratos exanimata pedes.  
**N**ubivago Christus sic pervolat æthera gressu,  
Sic Orci exuvias vicit in astra salit.  
**J**am sua festivum per vulnera ditat Olympum :  
Jam patrios ornat lux peregrina Lares.  
**N**ulla dehinc doteat Cœli divortia tellus.  
Sedit Homo in Cœli culmine? Sedit humus.



L 4      Di-

## XIII.

**Divo Antonio Lusitano.**  
*Amor ad omnia versatilis.*

**Q**uām benē multiplice novit cōponere formam !  
 Utque animos capiat, quām benē ludit Amor !  
**S**epiūs Elium propter viridaria florem,  
 Qui bibat ambrosias semper odorus aquas ?  
**S**epiūs obrizum retulit versatilis aurum ;  
 Aureus ad prædam fortior hamus erat.  
**N**ūnc fons irriguus, nūnc lux est aurea; fortis  
 Nūnc leo; nūnc agnus; nūnc benē pascit oves.  
**C**ūm tamēn, Antoni, tua præstes lilia, JESUS,  
 Ut tua delibet lilia, præstat apem.

## XIV.

**De S.Thoma Aquinate.**

**Q**uæ Styx bella movet ! Cladem molita pudoris,  
 In sua formosas instruit arma genas.  
**J**ām petit illecebris, jām turpes explicat æstus,  
 Docta Cupidineos forma petulca dolos.  
**H**eū quid agas, Thoma ? Luctaris? perfida lu&tam  
 Ambit . An aufugies ? Cuncta vetare fugam.  
**U**na salus titio . Rapit hunc (Pudor arma ministrat)  
 Mox jacit, & jaquo friget in igne Venus.  
**N**on tanti Herculeus labor est. Extinxit Hydram,  
 Quam Thomas domuit, savior Hydra fuit.

In

## XV.

## In Florem Messicanum, de paſſione dictum.

Mærebat Domini lacrymoso funere Chloris,  
 Cui potis in mœſto vivere corde dolor.  
 - Pallorem violæ mandat, mox palluit, iudicet  
 Florentes luſtu procubuere animæ.  
 Squallet ubique Solū. Tantum flos obtinet Indus,  
 In nitidis lethum pingere posse comis.  
 Hic pœnas florere vides, florere dolores.  
 Carpe tamèn, molles pœna, dolorque placent.  
 O flos! ò dignus, qui vernet in æthere! Christo  
 Quæ fuerant pœnae, sunt modò deliciae.

## XVI.

## In Florem eundem.

In ſcēnæ ſpeciem ſeſe flos explicat omnis;  
 Chloris ubi mirum vere colorat opus.  
 Extremis diſtat ſingultibus argumentum  
 Christus, & infandæ ſuggerit acta necis.  
 Quod lacrymas Juno, ſpiritia provocet aura,  
 Ipſe theatra quatit mœſta Tragœdus Amor.  
 Sed pia dum vegetant piæ ſpectacula ſcēna,  
 Noſtra fit, ingenio Floris, odora ſalua.

L 5 Dio-

## XVII.

**D**iocli, cùm Antiochi Regis ef-  
figiem suis coloribus com-  
mendaret.

**E**xprimis unoculum? vitium nè prode Tyranni,  
Id benè dissimulet callidus atte color.  
**A**versum finges, oculum, qui torqueat unum,  
Nàm duo si pingas lumina, luscus erit.  
**P**remia mentitus referes. Mendacia Regem  
Alliciunt. Verum plebitur exilio.

## XVIII.

**I**n Dioclis ingenium, quòd An-  
tiochum dextera faciei par-  
te pinxerit aversum.

**D**um pietis sacrat Antiochi simulacra sabellici,  
Et licet averso ludit in ore color,  
**I**ngentii exequiunt artis mendacia plausu,  
Rex enim lumen lumine captus, habet,  
**O**bsequium nisi docta visus, nisi Regibus addat,  
Non habet ars artem, non habet ingenium.

In

X I X.

In Aldum temulentum.

N è geminas claudant tibi pota falerna fenestras,  
Neù Solem perdas, dilue fonte sitim.

Hæc Aldo Abstemius. Madidus deliberat Aldus;  
Funde puer, valeant lumina, funde merum.

XX.

Ad Cinnamum.

*De ST. silentii nota.*

S T. sibi quid Latium poscat, nè, Cinname, poscas,  
Id melius poteris noscere, si taceas.

XXI.

In Zoilum.

Z Oile, quid monstri est? laudas mea carmina. Laus  
<sup>(hæc)</sup>  
Non facit ad stomachum. Cur ita? virtus olet,

## XXII.

In Amicum gladiatoria insignem  
apud Equitem Neapolitanū.

**A**rma, Virumque cano; nām quidocet arma, Virūq;  
    Duplex ille vir est. Arma, Virumque cano.  
**M**usa canas, tamēn ipsa Virtis non apta, nec armis,  
    Nē malē Musa canas Arma, Virumque, sile.

## XXIII.

## In Daphnes metamorphosim.

**N**e fuge, nē fugias, pulcherrima Nympha. Deorū  
    Splendidior lucem deperit ipse tuam.  
**L**uce Cupido tua Solem denigrat. Amantem  
    Ne contemne Deum. Nē fuge, nē fugias.  
**D**elius hæc. Rapit indignas tamen aura querelas,  
    Cùm rapuit celerem Virgo pudica fugam.  
**I**nsequitur, jām, jāmque tenet. Fœlum ergò pudori  
    Consulit. In frondes mox abiere comz.  
**C**um radice pedes, cum ramis brachia mutat,  
    Quæque puella fuit nobilis, arbor erat.  
**A**t Sōk quæ labris nequeo, do basia libris,  
    Ipsa det, ut cordi vulnera, serta comis.

Ex

XXIV.

Ex eadem metamorphosi  
moralitas,

**L**udit Apollineos Virgo Peneja flamas.  
Virgineumque tenet, cùm fugitiva, decus.  
Imperat ille. Cupis niveum servare pudorem?  
Alis cinge pedes, asperitate sinum.

XXV.

A D D E F E R N A N D U M  
D E V L L O A.

Adolescentem, Hispana nobilita-  
te præclarum; cùm Autho-  
rem eleganti Epigram-  
mate laudarit.

**M**isisti dulcem, quam dulcior ipse, Camœnam;  
Commendatque novam formam venusta, Deā.  
Ingenii portenta tui strinxere stuporem;  
Sed meritam numeris eripuererū fidem.  
**N**i mihi Fernandi solvisses nomine nodum,  
Vel mihi Mæconides, vel mihi Phœbus eras.

in

## XXVL.

**In P. Jacobum Lubranum S.I.  
Eloquentissimum, ac liliatæ  
dictionis Oratorem.**

**Q**uàm benè dat sacrjs florentem Nestora rostris!  
 Atque pio quassat quàm benè corda metu!  
**D**epluere eloquio roseos audivimus imbres;  
 Et corda in lacrymas vidimus ire pias.  
**I**n scelus invehitur; dulcemque imitatus JESUM,  
 Conficit efflatis mollia flagra rosis.  
**S**cilicet his Stygium configit floribus angueinis;  
 His onerat pharetram, quos jaculerut Amor.  
**F**ulmina sint Periclis. LUBRANI suada disertæ  
 Floret; & hinc animos fortius ipsa rapit.



**D. Vin-**

XXVII.

D. Vincentio Cestario.

**T**E sacra mirantur quatientem pulpita . Docto  
Ore tonas ? propè jām Paulus in ore tonat.  
**N**emo tamēn meritis extollere laudibus audet.  
Nūm simul ore tacent, quod simūl aure stupent?  
**A**t commissa dolent; at quilibet ingemit . Ergò  
Roscida de lacrymis lumina te celebrant.

XXVIII.

In æream Mironis  
buculam.

**D**um numerat vitulas, incaulam vespere ductas,  
Una fortè minùs repperit esse Mycon.  
Hanc abiens vidit; visam latratus agebat;  
Egerat; artificis sed vetuere manus.

XXIX.

De eadem Myronis bucula.

**I**Uppiter Europam, tauri sub imagine, lusit.  
Nunc ipsum posset ludere Vacca Jovem.

**Idem**

## XXX.

## Idem Argumentum..

**P**RÆDÆ iuhians vitulæ lupus insidiatur ahena,  
Quæ pasci, & bifidos visa movere pedes.  
Irruit; atque avido cunctantem dente momordit,  
Sic hostem lusit præda petita suum.

## XXXI.

## Aætonis Sepulchrum.

**A**CÆON ego sum, rabidis data præda molossis.  
Intulit infandam Virginis ira necem.  
Nè cineri insultes. Nostro fas discere fatos;  
Virgine quod visa, corniger interii.

## XXXII.

## In mirè deformem.

**O**BScura Eumenides Nerine fronte lacefit.  
Progenuit, Phœbo num renuente, Parens.

In

## XXXIII.

## In Aristotelem Stagiritam.

**D**isce Sophum . Turpi pessum dedit omnia luxus  
 Militia egressus pharmacopola fuit.  
**M**ox adiit nitidum nota levitate Lycæum:  
 Pallados hic fertur diripuisse penum.  
**N**è tamèn ingenium sodes extolle. Vel arenæ  
 Rivulus ascitis undique turget aquis.  
**S**i docet æternum nescire exordia Mundum;  
 Stultitia æternis plebitur illa probris.

## XXXIV.

## Canit Palinodiam.

**P**alladis est oculus. Latebras introspicit omnes  
 Naturæ, & Solis permeat ipse vias,  
**U**trumque ingenio volat aurigante per orbem;  
 Orbis nec in gemino mens peregrina stupet.  
**H**ic Sophiæ geniale decus ni fulserit ; immo  
 Ni sibi congestas explicuisset opes ;  
**A**urea Cecoprium tacuisset fama Lycæum:  
 Jamque Stagira minùs, jam Peripatus erat.

De

## XXXV.

## De S. Joanne.

**L**ustrum non-expletium lustra per aspera peregit,  
Scrupea desertis incolit antra locis.  
**N**ativæ oblitas habet hic feritatis Hyenas:  
Mitis in obsequium cogitur ire Bison.  
**I**n mediis potuit feritas mitescere sylvis:  
Dùm tamèn infensas horret in urbe feras.  
**A**t Puer innocuum cœlo dùm transigit æuum,  
Sæpius est Superis hospita sylva Choris.  
**C**ùm de cote latex, cùm mel de cortice manat,  
Dulcior & melle est, purior & latice.  
**A**urea sic astris præbet spectacula, quique  
Maximus est vacum, maxima scena polo est.  
**I**nterea æterni quia vox prænuncia VERBI,  
Sylva DEUM docilis personat, antra DEUM.



De

XXXVI.

De S. Josepho, ejusque in Ægyptum fuga.

I Effæ de stirpe Senex petit Isidis oras,  
Nec piget admonitam corripuisse fugam.  
It Puer, it Virgo, solamen uterque laboris:  
Et Pueri, & Sponsæ Virginis ibat amor.  
Corripiant quacumque gradus, lœtissima tellus  
Sternit odorati flore adona finus.  
Hinc erodus, hinc cæthæ, hinc violæ, hinc & lilia  
Hinc rosa, quæ vernas vna præibat opes. (ridet,  
Et sua per sylvas, domino, per pascua, Pupo,  
Lætaque garrit avis, lætaque balat ovis.  
Quod fugias, Joseph? solemi qua teris in umbra  
Condere, quin radiis decipiare suis?  
At fugit, & quamvis nitido resplendeat ævo,  
O stupor! in cæco Sol oriente latet.

XXXVII.

Annus emoriens.

A D Vitæ Cuqas vitalem sortior urnam.  
Fato non poteram prospere mori.



In

## XXXVIII.

## In Alchimistam.

**S**Aturnum vexat pyrea fornace, Jovemque,  
Et trahit ad Solis munera Mercurium.  
**Q**uæ studii ratio? Cupidus ditescere, fumum  
Consulit, & fumum denique fenus habet.  
**A**h miser! Obrizum spectatur in ignibus aurum;  
Pauperiem tamèn hic spectat in igne suam.

## XXXIX.

## Spes Aulica.

**T**ollere Sisyphiis ingentia saxa lacertis,  
Suppicio damnant Orcus, & Aula pari.

## XL.

## In auream Claudi Statuam.

**I**Am fuerit socors, idem microthymus, & excors,  
Eminet ex auro; nemo valere negat.



He-

XLI.

**Helitropium.**

**V**ælanus quò ducit Amor ! Despecta virantem  
Non valet Oceani vincere Nata rogam.  
Ergò per æthereum quacumque vagetur, amati  
Solis ad aspectum floridus est oculus.  
**A**t contrà Phœbus, Clytiæ qui frig et amoris,  
Est dolor, est oculis fulgida pœnasuis,

LXII.

**In Alcatorem.**

**C**uncta rapit, pernox quæ luditur alea . Ludus  
Non est, qui potuit perdere ludus opes.

XLIII.

**Ad Eundem.**

**A**lex ad arbitrium prodegetis omnia . Porro  
Jactura absumptum maxima tempus erit.



In-

## XLIV.

**I**n gratia animi vitium carpit.

**I**n gratia nil pejus; eo nam criminis sapè est,  
Omnia qui novit vicere, vietus Amor.

## XLV.

**D**idus Epitaphium.

**N**ec mihi ditus Amor, nec vulnera fecerat ensis;  
Mendax, heù, calamus pungit, & umbras gemo.

## XLVI.

**E**pitaphium Homini positum.

**V**ita brevis vita produxit funera. Tandem  
Nex potuit longam corripuisse necem.



In-

## X L V I I.

## Infelix humanæ vitæ conditio.

**Q**uam duris miseri fatis urgemur: & omnes,  
 Stat firmum, nigros luctibus ire dies.  
 Cum luces haurire diem Lucina tenellas  
 E docuit, lacrymas edocuisse fuit.  
**N**e claudant oculi rivos, nova semper abundant  
 Incrementa, novis extimulata malis.  
**S**ors ea mortales agitat. Si forte serenum  
 Quid niteat, miseris exitiale nitet.  
**E**rgo per ærumnas, per dura, per aspera repens,  
 Quid, nisi vita labor? quid, nisi vita dolor?  
**S**pes manet una tamèn, solamen sublevat unum;  
 Tot mala dum patimur, vita citata fugit.

## X L V I I I.

## Idem Argumentum.

**N**ascimur ærumnis. Sunt vix exordia fletus,  
 Primaque supremo jam dedit hora diem.  
 Infelix pro parte perit, pro parte laborat  
 Semper homo; & nulla est parta labore quies.  
 Per dubios forzuna regit vestigia calles;  
 Ceù teretem versant aspera fata trochum.  
 Poena igitur nasci. Tot vita obnoxia duris,  
 Assiduus labor est, funus, & exilium,

In

## XLIX.

**In illud Horatii lib. 2. Ode 16.**  
***Vivitur parvo benè, &c.***

**V**ivitur exiguo malè. Non benè debilis urget  
 Aura ratem; cursuni nec benè currit equus.  
**V**ulnificum tenui jaculum vix exit ab arcu:  
 Et malè sollicitant pabula lenta focum.  
**E**xiguus nullas humor fœcundat aristas:  
 Et modica ardenter non levat unda sitim.  
**I**pfa animi virtus subducta languet ab esca:  
 Sicco cymba fallo solvitur, herba solo.  
**I**n tenui censu tenuis fortuna. Superbam  
 Diminuit famam denique adulta famæ.

## L.

**De Niobe.**

**S**Axea adhuc lacrymis rorat. Sed Mentoris artem  
 Nè stupeas. Vivum nil habet agitis opus.  
**C**um subito natos doluisse funere raptos,  
 Compulit extremus diriguisse dolor.  
 Ix duri steterat durissima præda doloris,  
 Ipsa sibi tumulus, ipsa cadaver inest.

## LI.

**Illustriſſ. & Reverendiss. Dom.  
D. ANDREÆ DE AQVINO,  
Episcopo Tricaricen.  
renunciato.**

*Cum alluſione ad ſtellas, in Ponti-  
ficio Stemmate expreſſas.*

**N**on opus eſt hominē Cynico diſquirere lychnos  
Luce etenim Cynica ſex magis ASTRA vidēt,  
**Tu** modò, tergemino dele&tus lumine, ſacrum  
Sume pedum, Cæli gramine paſce gregem.  
**Splendida** connubii tibi rident omnia: **Sponsæ**  
Te pia vota petunt, te pius ardet amor.  
**Dignam** junge manum . Domino ſacrāda ſuperno,  
Græx aurata geret vellera, ſponsa comas.

## III.

**De Nivib⁹ Exquiliinis.**

**Quām** benè nix poſuit niveo ſua temp̄la Pudori!  
Fundamenta ſacræ quām benè ja&a domus!  
**Eſte** procūl Veneres. Ut caſtos excitet ignes,  
Depluit æſtivas candida Virgo nives.

M

In

## L III.

## In die Pentecostes.

**I** Am hæcitate timor, penitosque intrare recessus  
 Egerat, insuetos aspera ferre viros.  
**Mox** tamèn afflatis urgèt vis ignea, linguis  
 Edocet & maigenis ora diserta loqui.  
**Tum** validis ardent invadere viribus Orcum,  
 Atque salutiferæ tollere signa Crucis.  
**Dura** pati faciles, intentent omnia mortem.  
 Unde sed ardor eis excitus? unde vigor?  
**O** Amor! animi vit almal Quòd ipse timorem  
 Viceris, est linguis flammam loquuta suis.

## L I V.

## Navigationis periculum.

**A** Equoreis animam stulte qui credidit undis,  
 Vivat, & extintos intet habere licet.



Ae-

## L V.

## Aemulatio dispa r.

**I**Mprobis, atq; probus, quorū mens æmula, cū&is  
Victurum sæclis, aggrediuntur opus.  
**N**ititur Herculeos evincere uterque labores;  
Et segnes urgunt præmia paœta manus.  
**P**ar geminis ardor, non par est meta. Laborant,  
Is Babilona tamèn, iste Siona struit.

## L V I.

Ad exprimendam Deiparæ Vir-  
ginis puritatem, aptiora Ro-  
sis Lilia.

## Ad Problematicam quæstionem.

**S**Idera bissenis norint diadema pyropis  
Texere, Sol clamydem, lambere Luna pedes.  
**C**ùm tamèn esse DEUS dederit super om̄ia puram,  
Nil, quod Pura sibi vendicet, æthra dabit.  
**O**bsequium testata suum, stellantia, Tellus,  
Germina, dat MARIÆ Lilia, datq; Rosas.  
**P**roxima Virgineus poscit sibi Lilia candor;  
Lilia; nàmque suo viæ rubore Rosa est.

## LVII.

In Sacram Domum  
Lauretanam.

**H**as tenuit sedes, hos Virgo beata recessus:  
Huc humilem traxit forma pudica DEUM.  
**V**el Cælum dicas, vel Cæli fragmina; muros  
Osculor, & lacrymis oscula spargo piis.  
**A**stra valete. Libens hic lentas deprecor hotas;  
Hic nostros religet longa catena dies,  
**S**id ereas Domus una domos non invidet. Hæres?  
**I**psa suos potuit Virgo beare lares.

## LVIII.

In Desidiosum.

**I**ambenè habes; tamèn effætæ sunt undiq; vires;  
Actoto serpit corpore languor iners.  
**U**rbjce, conductum nihilo tibi præsto Galenum.  
**D**esidiz vitium est. Res age, sospes eris.



In

LIX.

In Poësis vanitatem.

**C**Armina si scribas, ipsi scribenda Matoni,  
Metraque Bistonix des propiora lyræ:  
Pierio immitem cantu quis molliat Orcum?  
Quisvè suam redimat carminis arte necem?  
Aeternum cineri jàm fama rependat honorem;  
Eruta nec tumulo nomina livor edat;  
Immemores rerum Manes. Quid inania curem?  
**Q**uæ post fata venit gloria, nulla venit.

LX.

De se ipso.

**S**i mea Pierios compensant fata labores;  
Debita carminibus gloria, feta veni.



## L X I.

**D**idus imago, jà m̄ jam sibi mortem consitutæ.

**A**Rs retinet, dūm cogit Amor decumbere Elīsam;  
Et pariter iussa est vivere, iussa mori.  
Vīsa queri tandem: crudelis uterq; quid ergo  
Aeternas patiar sic moribunda mōras?  
Nil ferrum mihi parcat iners; nil parcite flammæ;  
Ne vivam, vivi spēno coloris opem.  
Quid moror infelix? Moriat vel pīcta. Sed ensem  
Dūm stringo, heū, mira torpet ab arte manus.

## LXII.

**Filia Herodiadis punitur.**

**N**Egredit Oceano Sicoris dare flumine ceosum,  
Dūm ligat alpinos aspera bruma pedes.  
**H**āc mulier, numeris quæ perdidit ebria Vocem,  
Ingeminat celeres pulchra, feroxque gradus,  
**S**ed duras pes mollis aquas infregit: & arctans.  
Atque gulam cædens, funis, & ensis aqua est.  
**N**aturæ sic ira furit, scelus ulta Puellæ,  
Ut media fervens atserit in glacie.

Mor-

## LXIII.

Mortem dolet præmaturam Didaci  
Marini, Germani fratri, maxi-  
mèque expectationis Pueri.

Sic me, sic alto linquìs mætore sepultum,  
Frater? & æterno sicq; dolore feris?  
Nec dôleat, misero frontis cui lumen ademptum?  
Vel cordi figat vulnera sœva chalybs?  
Hæc eadem patior. Mors abstulit effera ocellū:  
Et mihi quād dirō vulnere corda fodit.  
Sic me? Sed frustrà crudelē quid arguo fatum?  
Spes licet in tenero flore perempta cadat?  
Tu premis astras; premor tamē ipse dolore sub astris:  
Funerà tu reparas; funera me repetunt.  
Nō redimāt lacrymæ; lacrymis tamè usq; profus,  
Continuus èa sit vita futura dolor.

## LXIV.

Mauro Verdono.

C Armina misisti, tibi carmina mitto vicissimi  
Pondere nec veniunt munera missa pari.  
Dissimili haurimus vena. Tua nectar ab ipso  
Musa Helicone bibit; nostra doloris aquas.  
Florida nè repetas; rigido nám turbine nostrum  
Aruit ingenium; non tamè aret amor.

## LXV.

## De Alexandri continentia.

Audaci validum jam Marte subegerat hostem;  
 Regia Sponsa tamèn maxima præda fuit.  
 Hec rorat lactymis; hostemque ultura superbum;  
 In sua formosas instruit arma genas,  
 Sed pulchros cavet ille dolos. Nil fortius egit.  
 Illecebris quævis frangeret arma Venus.

## LXVI.

## A fœminis periculum.

Quælibet adveniat, deformis, pulchras; cavendū.  
 Inicit hæc laqueos, iacutit illa metum.

## LXVII.

## De Appetitu sensitivo.

Illecebris pugnat, nec sævit hostis. In hostem  
 Ni suadet Ratio protinus arma cades.

Lau-

## LXVIII.

**Laudat D. Helenam Lucretiam Cor-**  
**neliam Piscopia, Venetam Vir-**  
**ginem nobilissimam.**

PUICHIUS haud modestus est. Insignis forma puerellae  
 Astruit Argivam : mens tamèn alta Sophum,  
 Quis neget, ingenio teneras præstare puerellas?  
 Emendat veterem mascula Virgo notam.  
 Rex olim sapiens Reginam traxerit. Ipsum  
 Da Regem; trahere hæc pulchra, diserta potis.)

## LXIX.

**In Pomilionem, cognomento**  
**Tatillum.**

CREDITE formosum, naturæ credite lusum;  
 Nec minus artificem tam breve laudat opus;  
 Callicratis potuisset ebur, cælu inque niteret;  
 Ni doctas fugeret forma minuta manus.  
 Tantillum nulla est mulier sortita maritum,  
 Mœcum nulla facit vel Venus ipsa fidem;  
 Et licet insanus uil viscera carpserit ignis;  
 Hunc vocata soboles non tamèn una Tatam;

## LXX.

## In Zoilum.

**C**um nequeas genio non indulgere maligno,  
Vel mala, vel bona sint, carpere nostra placet.  
Do veniam. Sed conveniat semel, improbe, si que  
fas ridere mihi, fasque latrare tibi.

## LXXI.

## In Alchimistam.

**D**ecoquit argentum Polidorus, decoquit aurum  
Et cum re totum decoquit ingenium.  
Spes nitidum fumosa facit. Tu somnia Iudas.  
Omnia decocto cruda adhibenda fides.

## LXXII.

## In Puellam oculis captam.

**P**ulchris capta oculis Amaryllis singit Amorem.  
Lumina seddas, Mater Amoris eris.

De-

## LXXIII.

Deflet mortem Santhę de Labo-  
nia, optimæ Genitricis.

**C**ara Parens, ergo es fatis mihi rapta supremis?  
 Heu lacrymis omni tempore flenda meis.  
**F**lenda miser durem si matre, superstes, adempta;  
 Si longa mœror morte pereire sinat.  
**V**estra quid excuset fatum crudele seneclus?  
 Debuit à meritis enumerare dies.  
**U**bere jam vitam dederas, nunc funere vitam  
 Mi rapis, & Parcꝝ munera, Mater, obis.  
**S**i tamèn abruptis indigno pollice filis,  
 Fila forent vitæ substituenda meæ;  
**S**ubstituam facilis idùm nati detur amori  
 Threiciæ numeros conciliare Lyre.  
**S**ic tibi seù lacrymas, seù tristia carmina fundam;  
 Vivet ab officio noster utroque dolor.



M 6

Dec

## LXXIV.

## Deflere pergit.

**I**Mprobius tecum se se mors effera gessit,  
 Mater, & in vestras, heu, nimis ausa stolas.  
**C**ui geniale decus, sub fronte modestia fulget,  
 Inter fomineos gloria rara choros:  
**C**ui matronali florebat honore senectus,  
 Vel Pylios ibas vivere digna dies.  
**A**t modò, sive tuos inviderit ægra nitores,  
 Scù exilii longas oderis ipsa motas:  
**I**tamè, æthereis meritò donanda corollis:  
 Perge per Elisas excipienda plagas.  
**I**nterè, levibus nè prosequat ipse querelis,  
 Carminibus venies jam rediviva meis.

## LXXV.

## In ejusdem funere.

**H**Eu deeet extinctæ persolvere justa Parentis:  
 Phœbe, meis aptam luctibus, adde lyram.  
**N**on ego jàm Stygios nitat Fopire colubros;  
 Tænarias canu nec violare fores.  
**S**ilicet, astra querat. Rapuerunt invida matrem  
 Sidera. Bistonix sint ea monstra chelys.  
**C**ur fato indigner? Niveis quæ vixerat astris  
 Moribus, hinc duram stravit ad astra viam.  
**S**ed tamè effrenis dolor est; amissaque lugent  
 Spes animam, sua corgaudia, vita ducem.

In

## L X X V I.

In Christi Domini die Natali.

*Et ecce Stella, quam viderant in Oriente, &c.*

**Q**uæ sua captivæ dissolvat vincula Sioni,  
Et primi reparat damna dolenda Patris:  
Progenies, Erebi debellatura tenebras,  
Orta sed in Stabulum fortis adegit Amor.  
**H**ic DEUS. Insolito desudant cortice mella:  
Plenaque mellis eunt flumina, lactis eunt.  
**G**erminat, in vito, florum Regina, Decembri;  
E tamen invitus leta December agit.  
**J**am revocata polis niveas Pax explicat alas:  
Tutaque jam placidis accubat agna lupis.  
**R**idet ager: terfa ridet caligine, Cœlum:  
Omnis mator abest: omnia Risus habet.  
**S**tella, viden, fulget? Nitidam ceu nocta papyrus,  
Sidera latitiam pingere visa suam.

## LXXVII.

## Idem Argumentum.

**Q**ui tonat in Cœlis, vagitu provocat auras;  
Et cubat in paleis nudus, inermis Amor.  
**O** Amor! o mirum divi molimen Amoris!  
Vagit, ut ex hominum pectora luctus eat.  
**N**os ut in astra vehat, pauper divertit in antras  
Qui vincetos venit solvere, vincila subit.  
**Q**uo tandem, nivea natus de Virgine, possit  
Nostris hyemem cordis pellere, Sol hyemac.

- 51 -

In

## LXXVIII.

## In Chististi Domini die Natali.

**N**ascitur, aeterno genuit quem Juppiter avo;  
Lactea sed natus membra reclinat humi.  
Albicat hybernis tellus onerata pruiniss;  
Et furit in tenerani sava pruina cutem.  
**O**prarat Puerto, positis ne dum aspera culmis,  
Strata Palestinis terra subesse rosis,  
Nec calamis tamèn ille dolet, nec frigore. Scisne?  
Tela parant calamis frigora nescit Amor.

## LXXIX.

Ad Sanctos Infantulos  
Innocentes.

**F**elices Pueri, quos matris ab ubere raptos,  
Aetheri plenum nectaris uber alit.  
Vos teneri flores, turbo quos asper adussit,  
Urcoeli hoc fieret germinare dives ager.  
Jam cæsi caditis. Dirum queis luderet hostem,  
Succiduis habet à floribus arma DEUS.  
Flore comas ornent alii. Modò floribus ipsi,  
Vere sed aeterno, culta Corona datur.

## LXXX.

## Infernī memoratio.

**Q**uis locus, & miseros teneat quæ pœna nocētes  
 (Si juvat, & menti pandit Avernus iter)  
**V**isam, nec referam; nām visa referre negatum;  
 Cunctaque pœnarum nomina nemo ferat.  
**J**am mihi mens horret penetrare per atria Ditis  
 Aspera, sed monstros haud minus apta suis.  
**T**erribilis visu rictus: torquentia flamas  
 Lumina: vipereis horrida colla comis.  
**E**xterrent illinc gemitus, hinc dira mephitis  
 Halat, & horrendūm ferrea vincla sonant,  
**N**on cessura suos urunt incendia manes;  
 Exedit addictos ignis, & ignis alii.  
**H**eū longum sine morte mori! Nec membra dolori,  
 Nec membris unquam deficit ipse dolor.  
**S**it Tityi Vultur, sit vestrūm fabula saxum,  
 Sisyphos, sed multò his asperiora manent.  
**H**ec domus Umbrarum: fontes hæc antra cotrcēt,  
 Vis tamèn Infernum tollere? tolle nefas.



Ad

## LXXXI.

**Ad Cæsarem Imperatorem  
Austriacum.**

**Ob Poëticum munus, ab Amicò  
dicatum.**

P Annonicum fortuna potens tibi subdidit Orbē,  
 Atque triumphanti barbara colla pedi:  
 Cornua Danubius flebit: sua scepera Quirites  
 Subiiciunt: domitis Nereus ambit aquis.  
 Denique telluris domino, pelagique potenti  
 Augustas animi Juppiter auxit opes.  
 Nè modò quid defit, quo fias Cæsar, eidem  
 En canit Hetruscus Cæsare digna Maro.

## LXXXII.

**Iosepho Iusto Guaccimano.**

A Usonii decus eximum, lux aurea Pindi,  
 Unus Castalidum deliosus amor?  
 Horrida seù Getici decantas prælia Martis:  
 Idalias placitum seù cecinisse faces:  
 Et rapis, & quo vis animos inflebis, ut acer  
 Provocet hinc Mavors, inde jocosa Venus.  
 Aude igitur felix Heliconia culmina vestram  
 Da resonare Lyram, coge stupere Tubam.

.. A

Jo-

LXXXIII.


Joanni Baptista Vgulino.

S Urgentem vidi sublimi vertice Pindum,  
Lætaque deliciis prata virere novis.  
Castalidum certare Chorum, quæ dignior iret  
Perpetua doctas cingere fronde comas.  
Portentum stupeo, Phœbique oracula posco,  
Cui Vasum tantus fortè paretur honos.  
At stupido tandem vellit mihi Delius aurem;  
Atque tuam didici, docte Uguline, lyram,

LXXXIV.

Joanni Jacobo à Lavania.

P Ollice Mæonium facilidum barbiton urges;  
Ac dum chorda furit tinnula, corda feris;  
Nemo triumphalem posthac exterpere laurum  
Audeat. Edicto præses Apollo cavet.  
Par equidem. Æterno laurus tibi germinat ævo;  
Unica sit vestræ metræ JACOBÆ, Lyra.



Re-

## LXXXV.

## Redditus.

**I** Am tenuit patrias, Argo felicior oras  
 Nostra ratis. Nosco litora, nosco Polum.  
 Piniferiēnē montes, confinia culmina Cœlo,  
 Sol ubi, jām fessos pascere fertur equos.  
**Hinc** Tauraca ferax, illinc Calamaca superbic  
 Editus. His Ceres est expatiata jugis.  
**E** regionē meus procūl eminet Apenninus,  
 Dulcia qui prætis fundit eleēra suis.  
**N**ec tamēn in patria patriam dignosco. Verustum  
 Quō decus, &c veræ laudis abivit amor?  
**Q**uod populus recti cūstos, patiensque laboris,  
 Qui Regnum faciles demeruere manus?  
**J**am nos etis latē crevit reverentia sylvis,  
 Invidia extēnis, finitimusque timor.  
**N**on eadem morum species: non integra fulget  
 Gloria, quam veteres excoluere Patres.  
**Q**ui sic? Heū natos aluit, qui dentibus audent  
 Hyperēs misera dilacerare suum.



## LXXXVI.

### In Nativitate B.V. MARIAE.

**Q**Uæ Rosa de sterili surgit pulcherrima campo,  
Et, licet una, solum ter beat? Anna parit.  
**Quæ** nostris Aurora nitens caput exerit umbris,  
Atque diem Cœlo suggerit? Anna parit.  
**C**ompositas roseo quæ nunciat ore procellas  
Itis, in humanis flu?ibus? Anna parit.  
**P**artæ DEUM patiet; majus nè quærite. Mundæ  
Unica delicium est, unica præsidium.

## LXXXVII.

### S.ANNÆ, Deiparæ Virginis Matri.

**E** Meritæ virtutis Anum dic, Musa. Remissam,  
Jamque diù, ad laudes excitat ANNA lyram,  
**I**n numeros laxetur amor. Nil dignius unquam  
Carmenibus poteris commemorare tuis.  
**I**ngens est æquor; fugientem stringere metam  
Ardua res. Avidæ contrahe vela ratis,  
**C**hristi dic Aviam, MARIA dic esse Parentem;  
Die super eve?am sidera conspicuam;  
**H**ic laudum limes. Tantum super adde, quod ipsa  
Cœlorum Regi struxerit ANNA thronum.

Chri-

## LXXXVIII.

Christi IESV ergà D. Ioseph  
obsequium; ingens vicissim  
Josephi, prævisa Christi  
passione, mœror.

**E**xercet notam Joseph industrius artem,  
Nec suetas retinet pigra senecta manus,  
Obsequitur JESUS; nam subditur ultra Parentis;  
Sed Pueri assiduus Crux erat una labor.  
Dissiliunt quæcumque solo, componere mos est  
Segmina; compositis, omne decussat opus.  
At fata JESUS Cruce dum præludit, Joseph  
Anxius in JESU sustinet ipse Crucem.

## LXXXIX.

Pictori, Virginem Puritatis co-  
loribus exprimere laboranti.

**Q**uid cupida astrigeras meditaris luce figuras?  
Congrua peniculis non erit ulla tuis.  
Sive suos Titan radios immisceat ardens,  
Cynthia sive suas obsequiosa nives,  
Luna subeft maculis, liquido Sol pejetat auro.  
Et quæ lacte micat semita, pallet adhuc.  
Incumbat nitido Thaumantias ore tabellis,  
Vel nitidis veniet decolor ipsa genis.  
Ergo Virgineum quæ reddat imago nitorem?  
Perge tamèn, pulchrae Virginis ora line.  
Vis puram referas? omni vis labe carentem?  
Pingue inter spinas lilia, pingue rosas.

De

X C.

**D**e S. Vincentio Martyre.  
**C**ui præsto fuit Angeli, vulnera  
alligantes.

*Ad D. Vincentium Cestarium.*

**S**ævit, & innocuum strido bibt en se cruorem  
Li&tor;at expletam non habet ira fitim.  
**V**ulnera mox dirus geminat, sed vulnera fortæ  
Acrius explorant ingeminata Virum,  
Iram plus acuit, virtuti calcar & ira est;  
Vires ille suas exerit, iste suas.  
**Q**uoddque triumphali prælusi nomine palmis,  
Has animi tandem vis generosa parit.  
**A**t plagis quæ præstet opem medicina cruentis?  
Scilicet Angelicas emeruere manus.

XCI.

**D**e S. Marino.

**F**lamma vel excruciet, vel torqueat ungula; pergaat  
Ip Puerum rabidas extimulare feras.  
**R**omanum Pueri tot sustinet aspera robur,  
In Christum tantum nobilis arsit Amor.  
**S**uppliciis alitur virtus; finemque dolori,  
Quem dare non valuit pena, corona dedit.  
An-

## XCII.

### Antonio Butarono.

**D**ividimus cum Morte dies. Sic aufigit ævum.  
Sic vitæ countem Fata dedere necem.  
Mortis avarities nostros dum computat annos,  
Impia vel somnos imputat ipsa breves.  
Vive igitur, Butarone datus utare diebus;  
Sed vitæ fœnus, qui benè vivit, habet.  
Vir bonus, exætas si fortè recognitet horas,  
Gaudet, & haud ullam præterisse dolet.  
Hoc est æratem factis extendere; & hoc est  
Præteritos iterum vivere posse dies.

## XCIII.

### Thomæ de Madera querenti, cur Amicos communi ex Mu- nicipio reliquerit illaudatos.

**M**unicipes inter sunt, nomina digna, Sodales,  
Et fateor, nostram demeruisse lyram.  
Hos memini, & Phœbi fortessè poposcerat œstrū:  
Fas tamèn inditos præterisse fuit.  
Urgebant pariter numeros. Amor ardets; at omnes  
Dicere nec poteram, nec satis unus erat.  
Cum mea defuerit, meliorem suffice venam,  
Ingenioque subi, Madera doce, vices.  
Tu cane demeritos. Tenui dicenda Camenæ  
Quæ superant, meus ex corde rependit amor.

R. U.

## XCIV.

Rusticatur.

Dominico Felici de Leliis.

**Q**uà licet, absumptos, Felix, hic sarcio soles:  
Et redit ad numeros anxia vita suis.

Vita deest vitæ, quæ distentissima curis,

Quæ semper duro viqâ labore, gemsc.

Vana diu rerum decepit imago; diuque

Larvæ sollicitum detinuere leves.

Umbbris deceptum nunc erudit umbra; sed ipsam

Spargit ab innocuis arbor amœna comis.

Me pictus nil vexat honor: nil verberat aurum

Fulgor, & illecebris nil capit Aula suis.

Est mihi Seranus curvo generosus atro;

Si Sceptro dignam dat sua stiva manum.

Sic ago. Fortunæ vix dura protervia pungit;

Nil mihi præsticerit invida, nil cupido.

Huc agendum propria. Rus dulcius esset, & omnis

Lætior adventum sentiet ora tuuni.

## XCV.

In Blasium Altomare Summa  
lurium peritia insignem.

**D**uris Astreæ studiis impalluit, unum  
Hinc ornat Pallas Parthenopæa Virum.

Dum causas dicit, causas dixisse Periclem  
Credas; tam simili Elasius ore tonat.

Quin Manes habeat facundia mira Clientes  
Solyeret assertos Mindis urna reos.

In

## XCVI.

In Franciscum Antonium de  
Matthæis, de gladiatoria  
scitè scribentem.

I Cnavum procūl hinc vulgus. Mars gymnade Iu-  
Ad sua magnanimos evocat arma Viros. (dens,  
Adsit Eques, rapiat celebris quem nominis ardor,  
Nec sibi degenerem comprobet esse labor.  
Adsit, & hostiles discat qui fortiter euses  
Excipiat, vel quā conserat arte manus:  
Qui rotet impavidus chalybē: qui pulvere in cquo  
Viōtrici valeat cingere fronde comas.  
Inclita Matthæi virtus hæc edocet. Armis  
Iuditi: & in vitæ seria ludus abit.  
Ergo novo titubas Marti libare? Sed idem  
Pacificus pugnam, Mars violentus iuit.

## XCVII.

Constans in ærumnis.

F Ortuna jaceo (mecum nimis aspera lugit)  
Nec tamèn infractum corde jacere putas.  
Constat adhuc animi robur. Res auferat omnes,  
Vix doleam, quantum rapta vibrissa dolet.  
Quòd cecidi, casus Fortunam vicit. In imo  
Qui jacet, ulterius non habet unde cadat.

In

## X C V I I I.

## In quosdam Patriæ infestos.

P Rovocat astra scelus. Tumidos ultura Gigantes,  
 Armarunt olim tela trisulca Jovem.  
 Hæc eadem vos pœna manet, gens impia. Nunquid  
   Torpida sunt vestrīs fulmina flagitiis?  
 Nil pudet indecores animas violare parentis  
   Jura suæ, & sacram contemnere fidem.  
 Exturbes nostram, temeraria turbæ, quietem  
   Tu quoque fulmineas experiere manus.  
 Heù quos in gremium diros admisimus angues,  
   Quas alit infestaq; hospita sylva Feras!  
 Prò nimium bacchata lues! Themis alma, quid ultra  
   Infamem pateris multiplicate Scinim?  
 Cœcuba si furiant, hæc pœna bibacibus æqua est  
   Dolia rumpo, tuum subtrahe, Bacche, meum.

## XCIX.

## Jonas in ventre Cete.

D E voror esca; tamèn sum mortis in ore superstes;  
 Vivaque digestum tumba cadaver alit.  
 Vivus, an extictus, neutrum dignosco. sed unum  
   Sat capio, ultorem crimen habere Deum,

N      De

## C.

**D**e S. Matthia Apostolo.  
*Et cecidit sors super Matthiā. Act. c. I.*

**E** Meriti explorant agitata nomen ab urna;  
 Quemque Deus dignum legerit, urna docet.  
 Sors cadit & dūbios simul explicat. Ecce Mathiam,  
 Qui ter Apostolico dignus honore venit.  
 Instabili fuerat sorti sed jure cadendum;  
 Maxima ubi virtus eminet, illa cadit.

## C I.

**I**n Die Cinerum.

**P**ulvis es. Hæc audis, nec flectitur ardus cervix,  
 Quæ sit in exiguum mox redigenda lutum?  
 Excute lethiferum, quo mergeris, impie, somnum;  
 Percussum Cineris fulmine, flecte caput.

## C I I.

**H**orarium.

**Q**uæ tibi percurrit vitreos oxyssima calles,  
 Præcipites labi monstrat arena dies.  
 Hanc novi interdùm in medio consistere cursus  
 Sed nullam fugiens implicat hora moram.  
 Ru-

## C III.

## Rusticæ vitæ laus.

**S**emper in excuto sua vivit rure voluptas;  
 Squalleat, aut viridi gramine verner humus,  
 Non hic ambitio, non livor pectora pungit.  
 Punge tuos, fas est, dure Colone, boves.  
**C**onstruit insidias tantum venator, & aucepss;  
 Nec nisi novit aper, nec nisi novit avis.  
 Bella strepant alibi; cultis pax floret in agris,  
 Et placidos gaudet rusticus ire dies.  
**J**uppiter ò bonus! En, regni sine sorte, beatum  
 Fecisti Regem, quem facis Agricolam .

## C I V.

## In Turbinem.

**B**Accantur Diræ? trepidus vel difflit aér,  
 Ut quatiant imas flabra molesta domos?  
 Surda sonant fræki Catadupis mutmura Nilis,  
 Dulichio placidus rupit ab utre Notus.  
 At quis tam validos facili ferat aure susurros?  
 Quis ventosa diù prælia sustineat?  
 Aeole, vim cohibe, tanto nè turbine vitam,  
 Spiritus ut dederat, spiritus ecipiat.

N 2

In

## CV.

## In Tenebrionem.

**V**ana per ambages glomerat dicteria; dignus,  
Cui medio obiicia: quilibet ungue probrum.  
**C**ertior ex adytis respondit Apollo reclusus;  
Cum sacros coleret Pythia turba focos.  
**N**e taxes. Faciem Thersites occulit umbris.  
**Q**uid causæ est? Turpi crimen in ore gerit.

## CVI.

## In Ponticum.

**Q**Uæ ambitæ faciant ad nobilitatis honorem;  
Pontice, cùm desinat omnia, præter Aves,  
Desine majorum cineres jaqtare superbos,  
Et temerè extinctos sollicitare rogos.  
**N**um jubat ex umbris? Fœdam scrutaberis urnam,  
Jām pollinctorem, Pontice turpis, agis,

## CVII.

## Horologium ex pulvere.

**N**il fragili fuerat, nil aptius undique vitæ,  
Quam quæ per vitreas currit arena vias.  
Instabili videas tenuari stamine, semper  
Et cadit, &c casus it renovare suos.  
**V**ita suo pariter decurrit funere; semper  
Addita funereos indicat hora dies,

Sina-

**CVIII.**

**Synteresis.**

*Cor mundum crea in me Deus. Psal. 50.*

Post umbras abii, studioque innixus inani,  
Temporis effudi non redeuntis opes.  
In causa cor est. Rapuit vasa voluptas,  
Diraque decepto corde, venena bibi.  
Quin pietas seatur adhuc per devia larvas,  
Nec misero incutunt pulchra peticla metum,  
Num cordi fidam? Tu dilue, Christe, venenum,  
Aut veteri absympto, cor mihi conde novum,

**CIX.**

**In obitum  
D. Vincentii Cestarii,  
Amici, morum candore insignis.**

Te cari deflent, mæstos procùl audio lessus.  
Audio, defletam pertulit aura necem.  
Non ego fæmineis incessam questibus astra,  
Aut frustrâ lacrymas ebiber urna meas.  
Cur doleam raptum, cordi qui semper inhæres?  
Quem mors Empyreis inserit ipsa Choris?  
At lacrymæ tamèn erumpunt. Quæ supprimò luctu  
Suggerit hæc animo semper: Amicus obit.

*Libri Quinti Finis.*

N 3

PRO-

## PROGRAMMA

## LIBRI VI.

**Q**uis me Pierii vacare curis,  
 Ant mēror vetat, aut veternas, alte  
 Irrepens animo? Quis obstinato  
 Cor luctu dolor occupat? manusque  
 Jam suetas prohibet ferire Buxum,  
 Mōrenti satis efficax levamen?  
 Sat fles um patriss super ruinis:  
 Sat cari lacrymas bibere Manes.  
 Alternat faciem, vicesque verum  
 Fatalis tenor, adiicitque mastis  
 Successu propero, graduque lata.

Cantemus; quod erit tamē canendum,  
 Fortis sub Duce multiplex triumphus  
 Casaris dabit. Ipse fragit hastas,  
 Et Thracū tumidas, trucesque turmas,  
 Cum dexter pia movit arma fudit;  
 Istro sanguineas stupente clades.  
 Mon rumpi innacnis jubet catenas,  
 Assertisque CRUCEM erinare pinnit.

Audim, fulmineis ut athra bombis,  
 Ipsi qua propè militavit armis,  
 Vetricos acies procul salutet?  
 En fissa radiant ubique flammæ;  
 Et quernas Laribus ligant coronas.  
 Plandunt, vīctor io! Assoneque noster  
 Pindus, vīctor io! Canamus una,  
 Fas est. Jam resides Thalia nervos  
 Explorare docet, Lyramque tendit.

FRAN-

295

FRANCISCI MARINI  
POESIS  
HIEROETHICA,  
SIVE  
EPIGRAMMATUM  
SACRO-MORALIUM  
*Lib. VI.*

---

I.

AD INNOCENTIVM XI.  
P. OPT. MAX.  
Turcis in Budæ expugnatione,  
nuper profligatis.

Ancipites dudum Martis tenet alea: rivis  
Sanguineis dudum Strymonis unda rubet.  
Buccina jam tandem Fama sonat aurea, Thraces  
Teans Hæmum turpes arripuisse fugas.  
Austriacum canit inde Ducem, qui Marce coegit  
Lambere Cesareos barbara Monstra pedes:  
Christiadum potis indignos qui solvere nexus:  
Qui modò vietricem dat radiate CRUCEM.  
Tu tamèn inflamas acies, Pater optime, vires  
Addens, hinc aurum fundis, & inde preces.  
Vicisti lacrymis ergò : lacrymæque profusæ,  
Mœnia quo ruerent hostica, fulmen erant.

N 4

E mi-

## IL.

Eminentiss. Domino.  
**FR. VINCENTIO MARIAE**  
**S. R. E. CARDINALI**  
**URSINO.**  
**Archiepiscopo Beneventano.**

I Am Diomedeam vis Fati everterat Urbem,  
 Cùm tota ex imo concutere tur humus.  
 Géns tum, si qua fuit miseranda è clade superstes,  
 Funditus evèrso ingemuere Lares.  
 Nex fuit evaluisse necem . Spectacula rerum  
 Exanimant. Vitam nosse dat ipse dolor.  
 Ast ipse, d Princeps. Romani maximus Ostis  
 Splendor, pars tantæ maxima cladi eras.  
 En tamèn incolumis; quamvis oppresserit, heu, Te  
 Dilapsæ in præceps alta ruina domus.  
 Prodigium felix ! sine pondere saxa putares  
 Mollia, ut immutatum vix tetigere caput.  
 Protegit innocuos Cœlum. Sic NERUS amicas  
 Supposuitque manus, eripuitque Virum.



REX

## III.

## R E X.

**S**ustineat seu Sceptra manu, seu fronte Coronas;  
 Fulminet ense, furat milite, regna domet:  
 Barbara multiplices comitetur pompa triumphos  
 Augustos onerent parta trophya Lares:  
 Fama triumphales expenderit anxia laurus;  
 Nil mihi regali dignus honore foret.  
 Quid Censura notet? Laudat clementia Regem,  
 Commendat pietas, religioque probat.  
 Præsidium populis adsit, Themis inque reducat:  
 Det sua iura bonis, det sua iura malis:  
 Pulchrius exornet virtus, quam purpura; Rex est  
 Hic meus: hic verax fulget imago Dei.

## IV.

In Obitum  
**JOANNIS BAPTISTÆ DE**  
**LuCA, S.R.E.Cardinalis.**

**N**il mentitur suo tonuit facundia fastu,  
 Aut lingua, aut calamo fluxerit eloquium,  
 Impatiens igitur dicentem laurea compsit,  
 Gloria scribentem. Nec satis illud erat.  
 Indignata moras affulsit Purpura; quamvis  
 Sera coronat. Nec satis illud erat.  
 Cùm simul Ostra Virtù peterent, simul astra merent,  
 Astra satis tanto sola fuere Viro.

N 5

De

## V.

# De S. Elisabeth, Lusitaniae Regina.

Vix concequebat indolem Rex, & Patens,  
 Excelsa quamvis fulgeret.  
 Opes quod una dissiparet regias,  
 Quod erogaret indigis.  
 Minatur ergo, quod feriret improbam,  
 Vultuque terret tetrico.  
 At quis vetaret, quis teneret fervidae  
 Vi charitatis percitam?  
 En quod poposcit pauperis necessitas,  
 Impenitit aurum claneulum.  
 Hinc ira Regis astuat; vel hinc minas.  
 Urget paratus exequi.  
 Implorat astra cum rubore Elisabetha  
 Opem dat ipsa Charitas.  
 Quod scepere diris corda pungit sentibus,  
 Mox vernal aurum floribus.



De

V I.

De Divo Aloysio, Francorum  
Rege.

Vix comitem reicit cognata potentia fastum:  
Et raro ponunt alta supercilium.  
Affequitur magnus tamèn hæc Aloysius, idem  
Gloria qui Francis, præsidiumque suis.  
Nam pietate magis, quam maiestate verendus,  
Rex, & inops regni claruit inter opes.  
Prælia, pacato sed corde ciebat in hostes;  
Arsit in armis, pius sed tamèn ardor erat.  
Nunc celo impensos compensant astra labores.  
Discite ab hac, Reges, stringere sceptra, manu.

VII.

De S. Thoma Aquinate.

Quod benè scripisti, Thoma, benè vixeris idem,  
Hoc tua scripta docent, hoc tua vita probas.  
At melius Christi mihi voce probaris, & ipse,  
Mercedem tanti quare laboris, ait.  
Quæris; at est Christus tua merx satis ampla. Sapisti  
Si diversa foret mens tua, desiperes.

N 6 D.

## VIII.

## DIVA ANNA.

**A**Nna vocor. Nomen si quis deducat ab anno,  
Nostrerit haud felix Nomini auspicium.  
Annus obit, rapiturque citis ad funera pennis;  
Omni parævo non meus Annus obit.  
**Q**uam peperi, melius faciet mihi gratia nomen;  
Sic ager æternos Annus, & Anna dies.  
**A**t fatis est, Mariæ dici sine nomine Matrem;  
Una mihi Proles nomina cuncta facit.

## IX.

## In S. Ludovicum Beltrandum.

**F**ulmine Beltrandus petitur; nã fulminis instar  
Mors è disploso sèpiùs cre volat.  
**J**am scelus absolvit: jam dextera porrigit iustum,  
Innocuumque ferit glans violenta scopum.  
**A**t quam pulchra parat cœlum spectacula! Præbent  
Aera statim, Stygio pulvere fœta, Crucem.  
**H**as ludit data vita vices. His funera luctis  
Sarcit, & hac Orci destruit arte dolos.  
**P**ortentum felix! Ut sospes uterque veniret,  
Confuxi sclopus fulmen Amoris erat.

De

## X.

## De Buda feliciter expugnata.

**D**UDUM Threiciis infelix præda Molossis,  
Indigna luxit conditione premi :  
**Q**uæque diu (quamvis alto spes corde vigeret)  
Barbarico flexit colla subiecta jugo ;  
**F**atales experta vices, à cæde triumphat,  
Excolit & laurus uda crux suas.  
**P**laudite devictæ. Sarcit sic Buda ruinas ;  
Nam casura magis, ni cecidisset, erat,

## XI.

## Ad eandem Urbem.

**A**USTRIÆ robur tua circum mœnia classis,  
Atque Lotaringum Castra secuta Ducem  
Jam fregere tuæ vites, & cornua Lunæ,  
Quæ in saltus iterum ferre coacta Canes.  
Nil tibi mœendum tamèn est. Rupere catenas  
Arma tuas, vincos dissoluere pedes.  
Libertas juvet innumeris asserta periclis ;  
Quod subit imperium, te tibi restituit.  
Sors tua, si prostrata viges, si viæta triumphas:  
Ardua si scandis sidera, quandò cadis.

Idem

## X I I.

## Idem Argumentum.

Ducebas tetricas ad Lunæ sidera noctes,  
 Nec tibi ab infausto lumine lumen erat.  
 Nunc album vidisse gemis, ceu noctua, Solem,  
 Signaque vetricis jam radiare Crucis.  
 Cur adversa tibi es, successibus invida nostris?  
 Infelix, tua si noscere fata nequis.  
 Quid confert, quamvis humile manus erigat ultrix?  
 Usque cadis, quoniam te cecidisse putas.

## XIII.

In Vienham pertinaci Turcarum  
 obsidione solutam.

Amphirax Pannonicos undaverat agmine campas  
 Jam ferus audaci strinxerat obsidio.  
 Sustinet Austriacus, simul obiicit arma, Vitosques  
 Et conjurato Sarmata Marte fluit.  
 Prælia jam miscent acies : jam sanguine turgens  
 Danubius, rubris Nerea terret aquis.  
 Dum tamèn incertos belli tenet alea, Thrax en  
 Visus in effusam vertere terga fugam,  
 Mos canibus fuerit Lunæ latrare; suis nunc,  
 Dum fugiunt, Canibus Turcica Luna latrat.

In

## XIV.

## In Sanguineum Christi sudorem.

Sudat Amor; nostræ tanta est impensa saluti  
 Cura; sed irriguo sanguine sudat Amor.  
 Sudat Atlas; quem sidereus, non aggravat orbis,  
 Nostra premit scelerum sarcina, Sudat Atlas.  
 Sudat Adam, passa durum tellure ligonem.  
 Tot redimens noxas sudat & alter Adam.  
 Germinat interea tellus à sanguine. Guttas  
 Lambe redemptrices, cor agè, carpe rosas.

## XV.

## Inclinato capite; &amp;c.

Anguida terrigenùm pendebat viðima noxis,  
 Atque suum Christus jam peragebat opus.  
 Mors aderat, violenta Deum aggressura cruentum;  
 Sed maiestatis territa luce fugit.  
 Hinc pavidam Christus revocans, arcessere palmis  
 Si nequit affixis, flebit in ora caput,



Ad

## XVI.

**Ad Dymam , bonum Latronem,**  
*Memento mei, &c.*

**Q**uam tibi spem faciat de robore pendulus astor?  
 Quid tibi cum nudo? quid tibi cum lacero?  
 Si regale petas solium, si denique sceptrum,  
 Crux solium, clavi sceptra cruenta dabunt.  
 Sed potis hinc JESUM cœli dignoscere Regem,  
 Quod moriens animam tam patienter agat:  
 Sponte quod ignoscat Solymæ crudelibus ausus;  
 Quod Crucis indignum fert sine felle probrum  
**O** vafer! ò felix! Homines invadere suetus,  
 Nunc ipsi moriens surripit astra Deo.

## XVII.

**In Christi Columnam:**

**F**RANGUNTUR duræ Christi sub funere cautes;  
 Undique concusso viscere terra tremit.  
 Attamen immotam miramur stare Columnam;  
 Duraque cum trepidant omnia, sola riget.  
 Quis putet ad pœnam priscum tenuisse rigorem?  
 Sævior in Christum, ni riguisset, erat.

Ad

## XVIII.

## Ad Angelum suum Tutelarem.

**D**ive, meæ custos animæ, tutela periclis  
 Maxima, dum triplex obsidet hostis item  
 Nèqua per insidias hostis conamina lèdant,  
 Cœlestem nosc ite mea vita Duce.  
 Multiplices Orci tu me deludere thecas,  
 Tuque doces, quando devius erro, viam.  
 Si pietas unquam mihi Styx obieccerit umbras,  
 Obiectos vestro lumine disco dolos.  
 Labentes toties mundi per lubrica gressus  
 Fulcis, & casus erigis usque meos.  
 Non, si per duros cogar penetrare Gelonos,  
 Per Thracum gladios, per Scythicas acies,  
 Auspice te, metuam: lateri dum jugiter hæres,  
 Quælibet impavidus despicor arma Stygis.  
 Quò sedes, duce te, mihi detur adire beatas.  
 Adde operæ extremam, deprecor, adde manum,



Vi-

## XIX.

**Vivo ego, jam non ego; vivit ve-  
rò in me Christus.**

*Div. Paul.*

**Q**uis credat, nisi credat amans? Ego vivos sed alter  
Vendicat, & vita munus, & officium.  
**Quod vivam, vivos animæ jam sentio motus;**  
Attamen est alio vita calore veges.  
**Vivo ego, non ego jam. Me frustra queritis in me.**  
Christus amor nostro in pectore solus agit.

## XX.

**Secedendum.**

**T**utius occultum prodas Latronibus aurum,  
Quam vulgo mores, quam populis animum.  
**Secudas igitur; turbæ te subtrahe. Cœlum**  
Tam propè conspicies, quam procul ibis humo.

## XXI.

**In Divitem avarum.**

**P**lus ambit, quod plus quis habet, qui pauper in au-  
Divitiae pariunt forsitan esuriem? (to est,  
Apes.

## XXII.

## Apes.

**V**ix natas labore exercet. Facto agmine fucos  
Pellunt. Ignavis penna luenda necis.  
**N**ec mora, pars ceras, liquidum pars congerit aurum;  
Pars male compactos glutinat alveolos.  
**F**ervet opus. Jussi nulla est ignara laboris:  
Nulla vacat castris miles inepta suis.  
**V**im ludunt, levibus librata lapillis  
Agmina, depasto cum rediere thymo.  
**S**eu rapiant Hyblæ, seu nectar ab æthere libent,  
Tam dulces mirum est condere posse favos.  
**F**as ergo ingenium, geniumque stupentibus esse  
Dicere divinas, ni morentur, Apes.

## XXIII.

## Formica.

**S**ollicitam vita laudat solertia. Nullos,  
Sole sub æstivo, stertore visa dies.  
**T**uta hyemis, patiens æstus, assueta labori,  
Itque, reditque suam frugis avara viam.  
**S**i studium species, si cor, si denique curam,  
Nil tibi formica grandior est elephas.

In

## XXIV.

## In Culicem.

**P**Arve culex, quid me vexas infensor æstro,  
 Dum tenet in placido stramine pacis amor?  
**I**, precor. A curis requiem dum capro diurnis,  
 Sit mea de Culicis munere tutæ quies.  
**H**eu mihi, sed strepitus, alata molestia, vestras,  
 Sed patior fixas, insidiator, acus.  
**S**i nostrum tamè exardes hautire cruentem,  
 Dure feris; factò vulnera, dum fileas.

## XXV.

## Ex Maturino moralitas.

**I**nstruit Eoas Matuta sub æthere cunas;  
 Fœrat enim, roseam mox paritura diem.  
**J**am rubet in partu, cœlum jam pulchra colorat  
 Proles. Enixa contigit ecce mori.  
**N**è pulchris unquam fidas. Aurora citatam,  
 Hęu mihi, vel nitido nunciat ore necem.



Idem

## XXVI.

## Idem Argumentum.

**S**urgens Leucorhoe nocturnas discutit umbras,  
Et licet ambigua sidera, luce fugat.  
**P**ulchrius haud fulsit, roseum dum fronte colorem  
Induit, & culto spargit ab ore diem.  
**U**ndique lætitiam diffundi, atque undique risum;  
At me, lata ubi sunt omnia, moror habet.  
**F**ato Aurora suo terret; nam roscida luctus  
Admonet, atque meam fatur adesse necem.

## XXVII.

## Iosuè Solem orans stare cogit.

**P**Hebe, leves agedum currus; quid pergete cessas  
Deses, & in medio sistitur axe dies?  
**Q**uaz rapidos vis tardat equos? quis detinet, ultra  
Ne valeas celi spargere luce vias?  
**D**eside jam Phœbo, tabescunt omnia. Suetum  
Urge iter. At lento parcite, iussa tenent.  
**Q**uām potis est justi fidens oratio! Stat Sol,  
Et sceleri montes cogit abire gradu.



111

Chri-

## XXVIII.

## Christus peccatori exprobat.

**D**E te igitur nostri tantum meruere dolores,  
Ut nullus tangat corda proterva dolor?  
Ut nulla ex imo suspiria pectora ducas?  
Ut nulla ex oculis roscida gutta cadat?  
Quem fudi toto manantem pectora, sanguis,  
Dure, tibi est fusus; cum tua feda lavet.  
**Q**uæ excordi pietas? Ad cor si, stulte, redibis,  
Mox quid ames dicet, quid lacrymeris, amor.

## XXIX.

## In Sacram Christi lateris plagam.

**H**A userunt omnem geminata flagella cruentem;  
Nec dira exhausto vita cruento sitis.  
Cor unum remanet tot sospes ab ensibus: unum  
Vivit, & in mediis est sibi vita fibris.  
Ergo stat cœco scrutari vulnera pectus,  
Integra nè laceri pars foret ulla sinus.  
Effetus en properat, laterique inamergitur ensis;  
Jamque hiat; at melius vulnera Amoris hiat.



Pius

X X X.

Pius in JESUM affectus.

T E pe meum, JESU, dicam, quem figere clavis  
Haud verius, duram motior usque Crucem?  
Si meus ipse fores, tecum simul aspera ferrem;  
Et mea, quaz tua sunt, sava flagella forent.  
At meus esse cupis. Mecum partire dolores,  
Ut JESUM possim dicere jure meum.

XXXI.

Idem affectus.

E S meus, ò JESU, humanum dignatus amicorum  
Inducere, ac turpis probra subire necis.  
Non meus es; facto scelerum velut agmine læsi,  
Arma in te sumens impia. Non meus es.  
Sed meus es, JESU; pretium jactare cruentis,  
Quo naxas redimis, fas mihi. Jam meus es.  
Te ne meum forte diffitear? Quod posse veretur  
Culpa, tuus JESU, posse meretur Amor.



Pau-

## XXXII.

## Paupertatis encomium.

**S**TANS HUMILI BENÈ TUTA LOCO, SIBI TUTRIS AHENA EST;  
 Sic ea fortunæ robur, & arma domat.  
**N**IL TENUI QUERITUR PAUPERTAS AUREA CENSU,  
 CUM STET IN ANGUSTO QUAM SPACIOSA LARE,  
 NEC DOLET, ASSUTUM QUOD NON DEDIVERIT AURUM,  
 NESCIA AC TALOS FORDIDA PALLA SUOS.  
**P**AUPERIBUS TUTUM, SEU BELLA MINETUR ENYO,  
 SEU FERUS ATHEREA JUPITER ARCE TONET.  
**Q**UAZ MISERO SEMPER COMITEM SEPRÆBUIT IRO,  
 VIX AVIDO SEMEL EST CUM LOCUPLETE QUIES.  
**N**AUSEAT, & POSCIT DIVES PEREGRINA PALATUM;  
 SI RUGIAT VENTER PAUPERIS, EXPLET OLUS.  
**P**AUPERTAS HILARIS, RETUM LICET INDIGA, DIVES;  
 ET SATIS EST IN OPI CELI OPULENTA PENUS.  
**N**ESCIA PAUPERTAS OCI EST: EXCOGITAT OMNES,  
 SI NESCIS, ARTES INGENIOSA FAMES.  
**Q**UIN EST VIRTUTUM PAUPERTAS OPTIMA CULTRIX  
 DIVITIÆ VITIJS DANT ALIMENTA SUIS.  
**S**I BENÈ CONVENIAS CUM PAUPERTATE, BEATUM  
 EFFICIT; & NOBIS ATQUAT AMICA DEOS.  
**P**AUPERTAS FELIX, SI QUISTE NORIT! AMICOS  
 UNA PROBAS: HOMINES IN SERIS UNA POLIS.



Elec-

XXXIII.

Eleemosyna.

**D**onas, & cumulum rebus, cum dempseris, addis;  
Sic sparsæ augentur, non minuuntur opes.  
**S**i facit hæc rerum dives jactura beatum,  
Quis dare tam magno fœnore cuncta neget?  
**P**er cultos passim dispergi semina campos  
Vidimus; at quanta fruge rependit humus?  
**P**lus inopum potuere manus. Cum seminat aurum,  
Dapsilis, uberior surgit in astra seges.  
**D**as inopi? Christus recipit; cavet ipse, quid hæres?  
Hanc poscit Christi syngrapha pacta adem,

XXXIV.

Eleemosyna.

**A**dmiranda bonis ars est inventa parandis  
Nec dubium superos insinuasse Choros.  
**A**ddicas. Sua munificus qui spargit egenis,  
Centuplici reddet fœnore sparsa Deus.



O

In

## XXXV.

In quinque præcipuas Christi  
Domini plagas.

Vulnera, vel fontes dicam, quibus undiq; rūpunt &  
Vitales animæ fluminis instas aquæ.  
Sivè rosas, & purpureos à sanguine flores,  
Nostra quibus fragrat semper odora salus.  
Seu foribus malim conferre decenter Eois,  
Unde suos haurit vita redempta dies.  
Sculptas sivè notas, sed militis ense cruenti.  
Quidquid erunt; tamèn hæc astricta almus Amor:  
Fusus ut æternum crux advoceat ante Parentem,  
Vulnera cùm pateant quinque tot ora patent.

## XXXVI.

## In Judith triumphantem.

Dileximus insignem, cui plaudunt astra, triumphū,  
Dum necat Assyrium magna Virago Ducem.  
Occurrat patriis, celo confusa, peticlis:  
Quæque parant oculi fulmina pulchra jacit.  
Scis quanto mulier pugnarit robore? quantas  
Audaci palmas messuit inde manu?  
Inter sacrilegas it fortis, & integra turmas:  
Inter lascivas intemperata manus.

Exan-

XXXVII.

Exanthesis.

**V**er erat, & Isto fulgebat sidere Cœlum,  
Delicias Anno parturiente novas.  
**R**isit, & amplexo tellus lætissima partu.  
Quam dulci calidum sensit amore sinum,  
Gestit odoriferas passim revirescere gemmas,  
Et sua sidereum reddere prata polum.  
**C**revit amor. Nova fæcundant hinc germina cäpos:  
Undique gemmatam Flora coronat humum.  
**F**lant Zephyri circùm placidi i nil obstrepit Eurus;  
Dum tener in roseis excubat ille toris.  
**M**ox dignata suis lactat bona Juno papillis:  
Carmina aves geminant, oscula trina Charis,  
**E**cce & festivus per prata, per æthera Risus.  
Vis tanti meritum noscere? Aprilis erat,

XXXVIII.

De Aprilis ortu, & ocaſu.

**I**Am tua florentes norunt cunabula cultus:  
Jam placidum Charites explicuere sinum:  
**N**unc urnæ tibi floret honor; Quid lætius ulli  
Contigit? Extincto nunc benè funus olet.

O 2 De

## XXXIX.

## De Aprilis ortu , &amp; occasu.

**R**isit humus, vestris riserunt sidera cunis,  
 Atque hilari excepit Chloris amica finu.  
**R**isit Amor: letas Charites duxere choreas ;  
 Et Venus ipsa suos egit in arva Jocos.  
**N**il inter flores exacti pænitet ævi:  
 Nil inter molles occubuisse rosas.

## XXXX.

## Amor,

**Q**uid sit Amor, quæris? Mors est spontanea; semet  
 Deserit, & peregrè cor adamantis abit.

## XLI.

## Auri vires.

**N**ulla pudicitia vis est, cum depluit autum.  
 Heu mihi, quo Danaas aureus hamat Amor!

De

**XLII.**

**De L. Annæo Seneca.**

**A**nnæum decuit regalis purpura; sed nunc  
Purpureum proprio à sanguine cerne senem,  
Nil ea demeritum, fallax dedit Aula mereri;  
Ni fortuna suas luserit ultrò vices.  
Jussus obire igitur, dissectis undique venis,  
Mox lethum calidas provocat inter aquas.  
**C**ausa subest; unam sed fama licentior ornat:  
Sustulit improbitas ingeniosa Vitum.

**XLIII.**

**In Eundem cum Nerone in  
tabella.**

**O**ra vides pallentis adhuc simulantia frontem;  
Scilicet Annæum monstrat imago senem.  
Hoc duce latata est uno spes aulica monstru,  
Quod mitis fuerit bellua sœva Nero.  
Non labor, aut ætas pallorem obduxerat oris  
Terret inhumani ruga supercilii.



**O 3**

**Oro-**

## XLIV.

## Horologium ex pulvere.

**E**xiguo miseri metimur pulvere vitam :  
 Spes tamèn est longos enumerare dies.  
 Mens ò cæca sui properantis nescia Finis,  
 Et malè pulverei conscla principii.  
**Q**uisquis es, ut rapidum remoreris compede fatum,  
 Utique diù valeas vivere, vive Deo.

## XLV.

## Idem Argumentum.

**N**ostra suam rapuit de vitro vita figuram,  
 Et sua de tenui pulvere fata rapit.  
**C**um splendere putas, tūc marmore frangitur Urna:  
 Dum constare magis creditur, ipsa ruit.

## XLVI.

## Idem Argumentum.

**A**dmonitum vitæ te poscit arena fugacis,  
 Quæ repetit vitreas irrequieta vias.  
**D**uplex ecce vitrum cunas conjungit, & Urnam;  
 Confunduntque suas vitaque, morsque vices.  
Idem

## XLVII.

## Idem Argumentum.

P ullis in angusto metitur carcere vitam;  
 Sed breve, fed rapidum currere doctus her.  
 Quod tibi prospicias; fatali à pulvere discas:  
 Sic tu amors properat: sic tua vita fugit.

## XLVIII.

## Cœlestem Patriam meditatur.

Q uot bona, quot fulgens occultat gaudia Cœlū,  
 Ut procul ardentes arceat intuitus!  
 Mente sed assequimur, cupida quod luce nequimus:  
 Et rimas Cœlum, si meditemur, habet.

## XLIX.

## In Causidicum.

Q uod sèpè effutit, causam non perdidit ullam  
 Papinius, longo tempore Causidicus.  
 Credere jaqanti fas est. Non egerat ullam  
 Papinius causam, dicta nec ulla fuit.

## L.

## In Cupidinem aliquandò sopitum.

**F**ortè levem carpebat Amor sub cespite somnum,  
Cùm juxta pharetræ deposuisset onus.  
**N**ympha supertenuens pharetram furatur, & accum,  
Atque ea præstanti corpore Nais erat.  
**F**urto læta suo volucres torquere sagittas.  
Tentat; at ignaram vulnerat una manum.  
**N**ympha dolens, simùl & pharetram projecit, & ar-  
Mox ait: ô Nymphis perhdo semper Amor! (cū,  
Quæ vestris unquam, quæ se defendat ab armis?  
Est tibi vel somnus doqüs ad insidias.)

## L I.

## Idem Argumentum.

**D**ormit Amor? mirum est. Tacitæ transita puellæ,  
Semper habet vigiles ad sua tela manus.

## L II.

## Idem Argumentum.

**S**Omnis ad insidias fortasse invasit Amorem.  
Ite procul Nymphæ: non benè dormit Amor.

¶

Idem

L III.

Idem Argumentum.

**D**ormit Amor. Dicas, Amor est oblitus Amorem;  
Lenta quod impatiens ocia nescit Amor.

L IV.

Idem Argumentum.

**F**esus ab insidiis dormit fortasse Cupido;  
Occupet impigrum ni simulata quies.  
**D**ormiat ille. Sat est oculis pulcherrima Phyllis  
Mentis ad illicium, cordis ad aucupium.

L V.

In auream Claudi statuam.

**S**ocordi pretium moles dedit aurea. Credas  
Num cor habere, sua qui stupet in Statua?

L VI.

Idem Argumentum.

**S**cis quanti valeat, solido qui fulget in auro?  
Non cor, non animum, pende Colosson, habes.

O s.      Ad.

## LVII.

## Ad Lesbiam.

Fallax gratia, & vana est pulchritudo: Mulier timens Deum ipsa laudabitur.

*Ex Parab. Salom. cap. 41.*

**C**RISPATOS ORNET LICET AUREA VITTA CAPILLOS,  
ET TOMEA CONSPERSIS VERNET ANIENA ROSIS:  
Malaque de nivez niteat medicamine creze:  
Totaque fucato sidat in ore Venus:  
Lesbia, vis-dicam, de te quid sentiat omnis?  
In pretio nihil es, nil tua forma placet.  
En casam. Fallax est gratia, vana renidet,  
Quæ non est oculis forma probata DEI.

## LVIII.

## Ingenitum fœminis pudorem.

I RATO mulier si fluget æquore (mirum?)  
Prona per æquoreas ipsa natabit aquas,  
Fœmineo tantum parcit natura pudoris  
Tanta tui, Virgo, cura pudoris eris.

Sur-

## L I X.

**Surge Aquilo, & perfla hortum  
meum.**

*Cant. cap. 4.*

**N**ostra diu lassant viridaria culta ligonem.  
Attamen excuto squalluit herba solo.  
**N**on Hyacinthus adhuc olet, aut Narcissus in horto,  
Nec rosa delicias addit odora suas.  
**N**ec gratae pallent violae, nec lilia candentes  
Non rubet hic Anemon, non ibi ridet Adonis.  
Irrigui quamvis errant ad germina fontes,  
Nulla viret florum gratia, nullus honor.  
Jam Zephyri nocuere leves, quis credat ad usque?  
Haud loca turbos loco turbinis aura fuit.  
**N**e facitos ergo doleam sine gramine campos  
Nè vegetas noster deneget hortus opes;  
**S**urge Aquilo (placidis auro secedite plumis)  
Surge, meum perfla, sed viuentus, agrum;

## L X.

**Cùm ad Iosuè preces Sól stetisset.**

**N**egligit Antipodes Phœbus. Quid clarius illic  
Cernat, quām tanti fortia bella Ducis?  
Frœnat equos meritò. Hos cupidū spectare triūphos  
Doridis in gremio jam recubare piget.

O 6

Fu-

## L X I.

**Fuge dilecte mi, assimilare capreę  
hinnuloque cervorum. Cant. 8.**

**Revertere dilecte ini, similis esto  
capreæ, &c.**

**Cant. 2.**

**E**rgò ea demerui, noster maleficus ut ardor  
Creverit, & fidei suspicione notes?

**Irrita si veniunt nostri suspiria cordis;**

**Si carpit penitus abdita flamma fibras;**

**Item fugias, dilecte; fugam præverte nitar.**

**Et, licet innuleis assimilere, sequar.**

**No me nota feris, vel dura vel ardua clivis,**

**Obsita vel dumis illa moretur humus;**

**Noa me, vel rigidis obstantia saxa pruinis**

**Detingant. Capitis assimilere, sequar.**

**Sic fortè immodicum, dilecte, probabis amorem;**

**Atque meam fugiens experiere fidem.**

**Heu mihi, ne fugias, dilecte, revertere; namq; est**

**Mors ipsum, sine te, vivere. Sponse sedi,**



**Et**

LXII.

Et aspiciens JESVS in Cœlum  
ingemuit.

*Marc. capit. 7.*

**L**Umina dum taliunt fulgentibus astra pyropis,  
Aspectis redeunt exhilarata polis.  
**A**strorum secùs est Domino; cùm sidera spectat,  
Cumque oculos illuc erigit, ipse gemit.  
**S**i cœlum lacrymas, si tellus exigit; ergò  
Sub longa clausi noðe, valete oculi.  
**F**lere tamen libuit. Species patet extima corli;  
Quæ possent oculos pulchra beate, latent.

LXIII.

Idem Argumentum.  
JESV, nostro Redemptori.

**Q**uem pingis, tuus est, gemmis radiantibus, æther;  
Sunt tua, quæ spectas, astra; quid ergò gemis?  
**N**è quid triste micent, ne quid ferale minentur,  
Qui dico vibrat fulgor ab ore, sat est.  
**S**uspiciens Cœlum tamen ingemis ipse. Docemur;  
Securam gemitus sternit ad astra viam.

In

## LXIV.

## In sacram Sindonem.

**Q**uis color audaci tinxit conamine? sanguis.  
 Quæ manus hæc pinxit stamina? pinxit Amor.  
**A**t cur sanguineos exegit tela colores?  
 Est pietatis opus, quod feritatis erat.  
**C**ur placuit sacrum tenui committere lino  
 Vultum, quem cedrus, quem meruisset ebur?  
**I**nnumeros Christi nil quippè notare dolores  
 Aptius; ut lini est asperiora pati.  
**O** felix linum! felicia stamina! Vos jam  
 Nulla ætas poterit lacerare, nulla dies.  
**Q**uidni? Divina quod fulget imagine stamen,  
 Ut cuncta instrueret secula, semper erit.

## LXV.

## Nundinæ morales.

**M**irificum patet emporium, vitæque reclusum;  
 Dat solidas venum labile tempus opes.  
**S**i fapis, Empyreos villi mercare pyropos.  
 Scis quanti? pretium solvere novit Amor,

De

LXVI.

De S. Andrea Apostolo.

I Am Crucis ambitum Petri germanus honorem  
Scandit. Apostolici summa laboris erat.  
Quam procul aspiciens, hilari mox ore salutat :  
Crux salve , ò votis deliciosa meis.  
Haud equidem tantum nostri meruere labores;  
Nec tanto nostram dignor honore necem.  
Me tamèn excipias, bona Crux: quo Christus adivit,  
Non alio cuperem fideta adire gradu.  
Hæc fatus nitido direxit lumina cælo;  
Fortius hinc hausit spemque , animumque sinu.  
Crux adeò inflamat . Sævi tormenta Tyranni  
Frangere confectum non potuere senem.

LXVII.

De S. Eodem.

I Ndomitos docuit cervicem flectere Thrases ,  
Et Christi, Scythicas, igne calere nives.  
Undefutens ait Aegeas: opprobria demens  
Qui Crucis extollit , tollat & ipse Crucem.  
Vix jussum, Andreas rapitur, haecusque cathedram,  
De trabe quadrifida verba salutis habet .  
Dat fortem fidei testem . Quo scandat Olympum,  
Crux facit ipsa gradum: Etux parat alta Thronū.

In

## LXVIII.

In Judith, de Holofernè  
triumphantem.

**I** Am vicina timet patriis excidia muris;  
 Ingenti siquidem strinxerat hoste Syrus.  
**U**ltrix excandet. Tantum quibus edomet armis  
 Hostem? formosos instruit ore dolos.  
**A**rma parat, speculum tractans, haud spicula gestit  
 Pieta genas bella indicere, culta comas.  
**P**at Veneri, nisi casta foret. Sic audet in hostem,  
 Sic petit Assyrium per sua castra Ducem.  
**T**elis forma suis Holofernem vulnerat; exim  
 Furtivo invadens abscidit ense caput.  
**I**nclita bellatrix, cæso licet hoste triumphes,  
 Fulgentes oculi plus valuerit manu.

## LXIX.

## De eadem in tabella.

**E**N decus lfacidum, patriæ simùl inclita gentis  
 Gloria; fœminei nil ea moris habet.  
**C**ervicem, tetro manantem sanguine, stringit,  
 Et movet impávidos pulchra, feroxque gradus.  
**F**reta Deo mulier cunctos infregerat hostes,  
 Quandò Syrum nitido perdidit ore Ducem.  
**M**ajores nunquam cecinit Mars ipse triumphos;  
 Pulchriùs haud unquam bella paravit Amor.

De

## LXX.

## De S. Maria Magdalena.

**C**uncta vices didicere suas, quæ tacta sagittis,  
 Quæque Cupidineis sunt temerata focis.  
**Q**uod Cyprias olim vibrarit Magdala flammis:  
 Vincla quod auratis neverit ipsa comis;  
**A**d speculi normam torti nocuere capilli:  
 Causa fuere oculi, causa fuere genæ.  
**P**œnitet. Et lacrymis dum punit utrosque profusis,  
 Obruit imbre oculos, destruit imbre genas  
 Stant cirri immunes; crinale nec amputat aurum :  
 Divite adhuc capitibus messe superbit Amor.  
**A**t gemit ipsa tamèn, fuso jam crine, caditque  
 Ad Christi irriguos obsequiosa pedes.  
**M**agdala, parce comis. Vanos quæ solvis Amantes,  
 Aurea nunc ipsi vincula necete Deo .

## LXXI.

## De eadem in tabella.

**V**iva est, & lacrymas simul elicit; at caye pictor,  
 Nè lacrymis linum destruat uda tuum ,



Idem

## LXXII.

## Idem Argumentum.

**A** Egeriae durum superavit Magdala fatum,  
 Cùm pius in lacrymas compulit ire dolor.  
 Vix color hanc referat. Gestis qui pingere, tantum  
 Roscida vel pingas lumina, vel lacrymas.

## LXXIII.

## Ex Danaes fabula moralitas.

**N** Eincautam rapiat tempestas aurea. Fallax  
 Hic Amor est. Avidum noli aperire sinum.  
 En decepta tamèn. Pluvio nil abstinet auro,  
 Quamvis in rutilo naufraget imbre pudor.  
 Quas non expugnat hæc auri machina turrest  
 His quæ non capitur casta puella dolis?

## LXXIV.

## In marmoream Ciceronis Statuam

**P** Hidiaco redimit Cicero de marmore vitam.  
 Anxius expectet Roscius eloquium.  
 Solvere facundæ potuisset fulmina linguae,  
 Vulnera fœmineæ ni timuisset acus.

Ad

LXXV.

Ad Alexandri Macedonis tumulum.

R Egnorum prædo, totum qui terruit Orbem,  
Cui Mars ingenti fasce trophyæ tulit,  
Hic cinis est. Ipsiſ nomen vix afferit umbris.  
Quis magnum dicat, quem brevis urna capit?

LXXVI.

Epitaphium eidem positum.

M Agnus etam: potui infelix evadere tandem  
Per mea facta minor, per mea facta nihil.

LXXVII.

Idem Argumentum.

S Ubdiderit totum, cæsis tot millibus, Orbem;  
Quantus Alexander fulserit, Urna docet.

LXXVIII.

Idem Argumentum.

M Agnus Alexander? Mendacis fabula famæ est.  
Quippe suo major pulvere nullus erit.

In

## LXXIX.

In lectulo meo quæsivi, quem  
diligit anima mea, &c.

*Cant. cap. 3.*

**Q**uæsieram viduo, geminans suspiria, lecto;  
Nec tamen inveni, quem meus ardet amor,  
Disquiro vicos, plateas exploror; nec ullus  
Verax de sponso testis ubique fuit.  
**Q**uid mæstæ supereft, tetrica sub nocte? quiescam?  
Roscida componit lumina nulla quies.  
Interea vigiles miseram tenuere; sed ultra  
Dum procedo, meus denique pulcher adest.  
Obstrinxì, injectis in mutua colla lacertis.  
**O** quam suavè urit cor fugitivus Amor!

## LXXX.

De Moyse recens nato, atque in  
Nilum projecto.

**V**imineis puer in cunis per fluminis undas  
Fertur, nam duri mens ea Regis erat.  
Vagitu sua fata dolet; sed margini adactum  
Niliaco, occurrens Regia nata rapit.  
Læta sovet raptum, nutritque miserta puellum;  
Formosa siquidem fronte petebat opem.  
Impie Rex, placido servat quem flumine Nilus,  
Merget Erythræis hic sua scepta yadis.

Idem

## LXXXI.

### Idem Argumentum.

**N**iliacis natum committere cogituit undis  
Mæsta parens; textus pro rate scirpus erat,  
Inde dolens: fili, mea lux, mea pena, parenti  
Parce tuz, primam si négo lactis opem:  
Si te, nè pereas crudelis viictima, morti  
Ereptura, tuum deligo naufragium,  
Quod te cumque ferat, celi clementia servet,  
Et facili innocuum sospitet unda sinu.  
Flevit, & expositum rapuit mox gurgite Nilus;  
Ludere sed placido visus in amne Puer.  
I, fato luctare. Altis puer enatat undis;  
Tota sed Aegyptus cum Pharaone natat.

## LXXXII.

### In Aldum.

**C**um dolet impatiens, & clamat, Se astra lacefito  
Sentit habere manus Aldus, habere pedes.  
Si tractare velit quidquam si ducere gressus,  
Destituere manus, destituete pedes.



De

## LXXXIII.

## De S. Christophoro.

**Q**uam benè qui toto Iudens est semper in orbe  
 Fluminis in viridi margine ludit Amor!  
 Jam transire parat, jam flumine territus hæret;  
 Nulla etenim pontis machina frænat aquas.  
 Fortè Gygas illic, rapidum qui traiicit amnem;  
 Mox Amor ex hujus robore quærit opem.  
 Sustulit ultrò humeris; at sarcina parva Gygantem  
 Cùm premeret, fortè non leve pondus erat.  
 Ille stupens: puero levior mons editus esset;  
 Nam gravat ingenti major Atlante puer.  
 Risit Amor; viresque Gygas à pondere sumens,  
 Dum transire putat flumen, in astra salit.

## LXXXIV.

## De eodem S. in tabella.

**N**on est, viva licet, quam cernis, imago Gygantis,  
 Artis opus non est; vivit at ipse Gygas.  
 En validis urget fluviales passibus undas,  
 Pinuque innixus fluxa pericla vadat.  
 Ire nec ulterius visus, nec traiicit amnem;  
 Fortia contendat crura movere, manet.  
 Difficile est gestare humeris, qui sustinet Orbem;  
 Hinc mediis hæret, pondere fixus, aquis.  
 Ut videre suum sublatum sidera Atlantem,  
 Invidere suo sidera Christophoro.

De

## LXXXV.


## De S. Hieronymo

**E**N pectus, licet innocuum, contendere saxo  
Nititur, & crebris iactibus usque ferit.  
Contuso, plagas lacrymatis asperat undis.  
Bethlenicæ dudum flebilis umbra specus.  
**A**eterni subiere dies, & inhorrunt; indè  
Ultici rapitur eos violenta manu.  
Pectus perge tuum saxo contundere; nam tot  
Iactibus expugnas, Vir generose, polos.

## LXXXVI.

## De eodem.

**A**dmissum duris nil expiat iactibus ulti:  
Haud ullum poscit concita saxa scelus,  
Ut Chiaæ inficto pubescunt vulnere vites;  
Et rubet exciso punica gemma sinu:  
**U**ncæsa nectar Calabris erumpit ab orno;  
Et rigido scissus vomere floret ager;  
Sic decus Illyticum, pectus dum nacerat, ipse  
Cœlestes lacero pectora nutrit opes.



In

## LXXXVII.

In aliquot Flores, ex Opusculis  
Seraphici S. Francisci excerptos.

*Flos primus.*

Incipiamus servire Deo; nam  
usq; nunc parùm proficimus.

**E**N vita dilapsa brevis momenta; nec hilum  
Proficimus. Nugis sit studuisse pudor.  
Labile dum terimus per vana, per improba tempus,  
Pena manet factis debita, vita fugit.  
Jussa tamèn discas divina capessere. Celo  
Vivere qui incipiet, desinet inde mori.

## LXXXVIII.

*Flos secundus.*

Maximus hominis inimicus est caro.

**F**Idendum nihil est; hominis nam maximus hostis,  
Dum caro blanditur, tunc fera bella movet.  
Bella movet, vix Herculeis ineunda lacertis;  
Bella tot emeritos vincere sueta viros.  
At caveas. Alibi infra factis malè fiditur armis;  
Hic sua qui fregit spicula, viator erit.

*Flos*

LXXXIX.

*Flos tertius.*

Damnosius est abuti, quam  
rere virtutibus.

C Affis avem capiat, velocem retia cervum :  
Pes cervum, pernix alaque laedit avem.  
Præstaret, gladium cui lingua ministrat acutum,  
Quod sine vel lingua, vel sine voce foret,  
Exornet Pallas; si cui contingat abuti,  
Non bene, si pereat Palladis arte, dolet.  
Sic, illata suis patitur qui vulnera telis,  
Tutior armato forsitan ipermis erat.

XC.

*Flos quartus.*

Tantum habet homo scientia;  
quantum operatur.

Q Uale sit ingenium, rerumque peritia, discam,  
Si admoveas operi, desidiose, manus.  
Quam validæ fuerint, Martis docet alea, vires  
Quam valeas animi robore, vita probat.

P Flos

## XCI.

*Flos quintus.*

**N**emo laudandus, cuius incertus  
est exitus.

**N**e plaudas, Zephyritis nautam dare vela secundiss;  
Fidentem lusit sepiùs aura ratem.  
**A**ptantem liquidas decepit Dædalon alas  
Ars sua: maguanimos Martis arena Duces.  
**A**gricola assiduos frustratur artista labores:  
Sic manet extremam vita probanda diem.

## XCII.

*Flos sextus.*

**F**uge Mundum, si vis esse mundus.

**D**emersas cantu jam scimus in æquore puppèsi  
Eruditæ nostras fabula docta rates.  
**N**on secùs incautas formosa pericula mentes  
Captant; in præcepis non secùs urget Amor.  
**E**xprimit hæc Mundus: monstrum tamen aufuge,  
Ne capiare dolis, ne inficiare luto. (mundi

Ado-

## XCIII.

Adolescentis cum Morte collo-  
quium.

**M**ors, quid agis? Meto. Quid metis? Humanas meto  
 Anne aliquē tua falx eximat? Est vetitū; (vitas)  
**Q**uis vetat? Ille vetat, cui vivunt omnia; vita  
 Parcere qui propriæ noluit, ille vetat.  
**D**e me igitur meditaris idē? Sine mente, quid hærest?  
 Ast horæ admoneas. Me latet hora, Dei est,  
**E**xcutias cur poma suis immixta ramis?  
 Præcox sub Mortis pollice quisque venit.  
**N**on ulli parcis? Non ulli prorsus; eundum est,  
 Quà placuit Fato sternere cuique viam.  
**H**eu mihi quid faciam? Duram vis ludere Mortem?  
 Hoc restat; vitam corrige, disce mori.

## XCIV.

## Ecstasis.

**N**escio quo dulci cor naufraget æquore: quæ  
 Sustentet vitam suavior ambrosia: (mors)  
**Q**uo mens rapta modo sua libet gaudia: quoniam  
 Potet fonte meras ebria delicias.  
**M**ens haurit, nec tanta capit solatia sensus;  
 Gaudet, & ipse sui vix memor est animus.  
**S**i dediscat humum, faciles cor induet alas:  
 Si stipulam præstet, succima præstat Amor.

## XCV.

**De tribus Pueris in fornace  
Babylonis.**

**V**ix jussum, strepuere tubæ; mox consona miscet  
 Tympana, Sambucas, Nablia, Sistra, Fides.  
 Ad sonitum, Rex conflato dum fulget ab auro.  
 Cernua adoratum turba Colosson adit,  
 Tres tamen excipias Pueros. Impendere Nabuch  
 Obsequium, quamvis educet Aula, negant.  
 Nec mora, quam tetra videntis incendia fornax  
 Tres vorat, ast ignis destitit ardor iners.  
 Pro stupor! Addiscunt ardori parcere flammæ.  
 Innocuis ardor nil temerare fidem.

## XCVI.

**De codem Argumento.**

**T**Res forma insigne fornaç deglutit Ephebos,  
 Régis ut exhorrent iussa superba sequi.  
**Q**uæ tamè innocuos attingere flamma pepercit,  
 Sævit in auctores flamma retorta suis.  
 Dira stupet Babylon; stimulant portenta furorem;  
 Trinus ac in medio concinit igne Puer.  
**Q**uam meritò stupuit. Fornax tulit ignea floress;  
 Ut solio raptum pasceret herba Bovem.

Ex

## XCVII.

## Ex Terræmotu moralitas.

**Q**Uæ vis omne solum, quamvis immobile, quassat,  
Ut velut avulso cardine, nutet humus?  
Indignata suos tellus, ultura Gygantes  
Subsilit, & crebris impetit astra minis?  
Vi tremit Aeolia? tetricas aut Vesvus iras  
Versat, & accenso è viscere bella movet?  
Nil horum vereat. Concussa quid ergo movetur?  
Tot scelerum fæces jam stomachata vomit.

## XCVIII.

In Neapolim nupero terræmotu  
quassatam.

**T**RAXERAT ingentes tellus concussa ruinas,  
Et tenuit dubios irrequieta pedes.  
**I**NNUMERIS modò Parthenope stat pendula fulcris,  
Et cedit, & casus expavet usque suos.  
**A**stra quod aero petierunt culmine turres,  
Et deditæ destituere solum:  
**Q**uod Jovis elatae riserunt arma tonantis:  
Occupat elatas horrida sylva domos.  
**A**usibus hac fuerat quam debita pœna superbiss.  
Hac miseram stringunt crimina: vana fuit.

## XCIX.

## Pompejo Sarnellio.

**D**e te vera fuit, vel amans mihi somnia singo,  
Sarnelli, carum te superesse caput?  
**A**rdua conciderant Diomedis mœnia, & ades  
Passim, concusso, procubuere, solo:  
**T**e quoque præcipitem ingentes traxere ruine,  
Et busti fueras flebilis umbra tui.  
**D**exteram quæ juvit lapidum sub mole sepultum  
Eruta nam multo è rudere gemma venis.  
**H**æc Cœli pietas. Dilapsæ in funera cotes  
Scilicet immerito vix noxuere leves.  
**I**ncolumi quidni cantem Soteria? Obispet  
Si tecum Virtus, impia fata fotent.

## C.

In obitum Iosephi Marini, Rossa-  
nen. Jatrophysici peritissimi.

**P**Hebea Manes exciverat arte Marinus,  
Qui magni ingenium præstítit Hippocratis.  
**E**reptos tamèn indoluit Libitina triumphos:  
Mox ferit, & tantum sustulit ulta Vitum.  
**V**ive diu Virtus, ut leti nescia, dixit:  
Et Fama sonuit buccina: Vive diu.

— 2 —

In

## C I.

In nobilem mulierem Beneven-  
tanam, cùm ea Civitas ferè  
tota concidisset nupero  
terræmotu.

F Lebile quâ dederant concussa palasia bustum:  
Quâ Beneventani procubuere Lares;  
Infelix mulier, patriis oppressa ruinis,  
Semianimis tanta è cæde petebat opem.  
Vir sociam dolet extinçam; cumque omnia renter  
Per loca, languentis percipit aure sonum.  
Occurrens, operæ socios vocat: aurea spondet  
Præmia, si præsens quis ferat auxilium.  
Vix effossa tamen, lapidum vix eruta acervis,  
Inter cara Viri brachia visa mori est.  
Quis fati lusus? Mors ipsa pepercit in Urna;  
Vitalis misera detulit aura necem.

## C II.

In auream Claudi Imp. Statuam.

Q Uanti sit, moles adjudicat aurea . Magnum  
De socorde Virum fecerat esse Myro.

## CIII.

**Humani vires Ingenii.**  
**Paraphrasis.**

**T**empora metiti, rapido properantia cursu:  
 Marmora Phidiacis viva referre modis:  
 Immortale decus scriptis conferre papyris:  
 Ad numeros resonam sollicitare Chelyms  
 Aequoris indomiti liquidas compescere plantas:  
 Vitrigena madidas igne cremare rates:  
 In volucres Marti chalybem conflare sagittas:  
 Solvere flammigeros, ære tonante, globos:  
 Mentitis Paphiam plumis animare columbam,  
 Buxa suum, Clytiaz more, notare Polum:  
 Oceanis fluctus non exhorre tumentes:  
 Annis fræna citis figere, jura Physi:  
 Sidera sideribus, terras superaddere terris;  
 Hæc, hæc Ingenii vis operosa potis .



CHRI.

## CIV.

**CHRISTVS** Judam alloquitur  
proditorem.

*Paraphrasis*

Ad illud MARINI elegantissi-  
mum:

*Ginda, Amico ne vieni, ò pur fallaci  
Sono i messi d'Amor? &c.*

**D**ic, agè, quid venias. Di&is compellor amicis,  
Juda? vel sua p̄t symbola fallit Amor?  
**S**i fidus, cur armatas agis ipse cohortes?  
Sin hostis, cur dans oscula dicis: Ave?  
**C**ara fuere Senis, qui me complexus in ulnis.  
Jam satura meruit claudere luce dies:  
**D**ulcia, quæ nostris infixit Magdala plantis  
Oscula cum lacrymis: at tua felle madent.  
**I**mple, quò miserum tua te v̄fania ducit?  
Jam dura consors tu mihi morte venis.  
**T**u sub ligno, ego sub ligno, Tibi dedecus ingens  
Mors tua: mors mea migloria, vita alia.



P 5.

V 1.

## C V.

Vita Hominis ærumnosa.

Ad illud ejusdem , propè divinū:

*Apre l'Uomo infelice, all'hor, che  
nasce, &c.*

## Paraphrasis.

**N**ascitur, & tenero priùs haurit lumine fletus,

Quām Solem miser, ut lugeat orbus, Homo.

Vincula niox natum teligant: puer ubere raptus  
Sub ferula duros transigit ille dies.

Minc, ætas nam fæpè suis it nubila curis,

Instabilis modò sors , & modò versat Amor.

Inde quo ærumnas tolerat , quot vita labores.

Dum levis annosum fulcit arundo latus!

Clauditur in tumulo tandem sic raptus, ut inquam:  
Heù minimo à Cunis diffidet Urna gradu.

Sive

Quām brevis à Cunis est gradus ad sumulum.

## CVI.

## Inferale Eliogabali symposium.

**F**lorida cùm fances tempestas obruit, ipsa  
Chlorida credideris discubuisse toris.

Ast inter flores mors errat odore: Tyrannus  
Sæviæ tantum præstítit ingenii .

Vita ubi nunc fidas rubinam Mors impia non est,  
Si molles norunt enecuisse rosæ?

In

**CVII.**

**In suum torum.**  
**Accinit Vendramino.**

**V**Rna mibi sub nocte frequēs, ubi lumina claudēs,  
Affiduo Solis funere disco mori.  
Anxius à curis, quibus est mens acta diurnis,  
Ingemo; & in requie est irrequieta quies.  
Nec mea securus componere lumina somnus  
Audet, quod minimum pœna sopita vacet.  
Momentum scio, mox aderit; namq; urget avarum;  
Quod vitæ, & nostræ fur requietis erit.  
Præcipitem male fulcta regunt erecta. Volantis  
Penna fit, heu, fati, quam premo pluma, mei.  
Tu me ad humum raptas, repetitum sœpè ferierum;  
Dum subo, vifa fuam Vita fovere necem.

**CVIII.**

**Confitebor tibi in Cithara.**

*Psal. 42.*

**V**Ana diù sonuit Lyra. Vanæ Delphica plausit  
Aula, & adhuc famæ vanus adulat amor.  
Sed feriam posthac meliori Barbiton arcu,  
Quod diseant, sum flectere plecta DEUM.

## C I X.

## Ad Beatiss. V. MARIAM

**E**DITA Barbarici tibi surgant templa laboris,  
Cultu sidereas assimilante domos:  
**G**emmea Panchæos jam liber acerra vaporess:  
Ex altis rutilent aurea dona tholis:  
**H**æc merito excellis, Cœli Regina, minusque est  
Quidquid humus, quidquid ponrus, & astra ferat.  
**A**t, mihi quod supereest, omni præstantius auro,  
Immolat obsequii cor holocausta sui.  
**J**am fluit in numeros; jam nostri culmina pindi  
Quam dulci MARIÆ Nomine prona sonant.  
**E**xcipias ergo devotam, Virgo, Thaliam,  
Dum cadit ante tuos fusa rubore pedes.  
**S**i delubra placent, rutilis ardentia gemmis,  
En ego de accenso pediore viva dico.

Libri Sexti

F I N I S.

TY-

# TYPOGRAPHVS.

Italum, quod sequitur, Authoris Epigramma, hic inferendum putavi, occasione latinæ Paraphrasis, è conspectu per ipsum positæ. Deservire nihilominus poterit ad Hetiuscæ Poëseos Specimen, & libamentum.



AIP

All'Eminen. e Reverendiss. Sig.  
**D. B E N E D E T T O**  
**P A N F I L I O,**  
 Per la sua plausibile promozione  
 alla Dignità Cardinalizia.


*S O N E T T O.*

**P**iù vago scintillò, più raggi accolse  
 L'Ostro, che di Panfilio adorna il crine;  
 Sdegnò grane di Tiro, ancor che fine,  
 E de gli Asteri alla fronte il lume ei tolse.

**R**ise Palla, e per gioja al sen disciolse  
 Ricco tesor di lagrimate brine;  
 Indi imperlò le Porpore Latine,  
 Che'n nobil fetto al suo gran peggio avvolse.

**O**'del Lazio splendor pompa più viva,  
 Per te, se'l pregio tuo di Palla è dono,  
 Bella speme rinverde al Tebro in riva.

**E**t ecco udire da sinistra un tuono.  
 Già la Colomba tua, con verde Uliva,  
 Rivolera del Vaticano al Trono.



**PA-**

351

# P A R A P H R A S I S.

¶ Ulchriùs emicuit, radiis majoribus artit  
Purpura, Pamphylii stringere digna comas.  
Sidonio tingi non est dignata veneno,  
Astrorum rapere è frontibus ausa jubar.  
At blandè Pallas roranti lumine rist,  
Atque hilaris maduit divite tote sinus.  
His Ostrum gemnis cultum, Dea jussit, Alumnum,  
Nobilis ut ferti munus, habere suum.  
O decus, ò Latii simùl inclita pompa nitoris!  
Laus tua, si Romæ spes generosa vireret.  
Sed tonat en lœvum. Cum fronde redibit Oliva  
Ad Vaticanum vœstra Columba Threnum.



In

# In Theatrum Veritatis.

**IOANNIS BAPTISTÆ**  
S. R. E. Cardinalis de Luca.

## E U L O G I U M.

Adeste omnes  
 Novo quidem, sed juvendo spectaculo;  
 En Veritas in THEATRO.  
 Quam Sycophantæ jamdudum egerunt  
 Ex Aula exulem  
 Jo: BAPTISTA DE LUCA,  
 Vir quidem eximus  
 Vindici Calamo,  
 Insigni patrocinio,  
 Veluti postliminio revocatam,  
 Dat palam fieri,  
 Hilari omnium excipiendam plausu,  
 Publico confaciendam obtutu.  
 Adeste omnes, adeste;  
 Nil enim Veritas, nisi abscondi, erubescit  
 Nec est, cur odium pariat  
 Os elegans, frons explicata.  
 Ergo  
 Qui Urbem, idest, Orbem  
 Maximum suæ virtutis Theatrum habuit,  
 Idem ipse  
 Admirandum Veritati THEATRUM,  
 Cuncta saecula devicturum  
 Posuit, Aperuit, Consecravit.  
 Eo Artifice nil præstantius;

Sco-

Scævolam dices Venusinum,  
Nostratem Papinianum,  
Nisi uitrumque longè præstaret,  
Et doctrinæ momentis, & honoris prærogativa.

Vir quidem est  
Omniibus Virtutum numeris, ultra numerum  
absolutus;

Qui

Ad omnigenæ eruditionis auctuarium  
Tantum rei legalis adjecit,

Ut nostro hoc ævo

Alta Jurisprudentia Princeps,  
Optimi Patroni gloria Ante signatus  
Communem obstrinxerit Cathegoriam.

Labyrinthæas legum tricas,  
Ingenii acumen pro filo adhibens,

Ariadna ingeniosior,

Quoties consultus, toties expedivit.

Griphis identidem extricandis

Oedipum præstiterat, nisi Oraculum præstisset;  
Verè legum Arca, seu mavis Sacrarium;  
Nullæ etenim fraudes.

Eloquio felix, Ingenio Phœnix,

Cum Romæ pro rostris ageret,

Audax,

Ut Calumniæ compesceret audaciam,  
Calumniatoribus obtunderet improbitatem;

Pericli tonitrua,

Omnem Nestori suadens,

Tullio rapuit energiam.

Ea propter

In Forensi Palestra

Suum habuit Jurisprudentia Achillem,

Suum Veritas Alexandrum:

Siquidem

In

In Veritatis præsidium  
 Quot Volumina edidit, tot acies instruxit.  
 Illustre porrò Cognomentum  
 auspicatus  
**DE LUCA**, hoc est, **DE LUCE**  
 Eumosis Veterum Imaginibus  
 Radios impertivit suos.  
 Dignus profecto  
 Quem  
 Fortunæ invidia,  
 Virtutis auspicio  
**INNOCENTIUS XI. PONTIFEX**  
 Sanctitate Optimus,  
 Prudentia Maximus,  
 Vigilantia Summus  
 Ministrum è multis deligeret  
 Secretorum consciū,  
 Curarum participem,  
 Et  
 (Quod raro Principibus contigit)  
 Veritatis assertorem.  
 Ipse interim  
 Par oneri, nec impar honori,  
 Delatum implet ministerium  
 Sine Gloriz ambitu glorioſior.  
 Quod sanè  
 Divina ordinatione factum est,  
 Ne tanto Christi Vicario  
 Suus deesset **BAPTISTA**.  
 Hinc jure optimo  
 Hzc qualiacumque  
 Obsequantis animi argumentum,  
 Devotionis tesseram  
 D D.  
 Franciscus Marinus.

Diverſa

ILLVSTRIVM VIRORVM

*AMICORVMQUE*

Humana æquè, atque erudita  
Erga Auctorem

OFFICIA



AN-

## O D E.

**A**Tas citato labitur impetu,  
 MARINE, pennis aëta fugacibus,  
     Ventoque prævertit volantes,  
     Obiice nec retinetur ullo.  
**R**egumque turres, & Capitalia  
 Secum ruina præcipiti trahit,  
     Molesque majorum superbas  
     Æquat humo, graviore casu.  
**E**t nos avitæ damna licentiaz  
**A**mara passi præpropero gradu  
     Metimur ævum vixque nati  
     Ætheriis prohibemur auris.  
**B**eatus ille est, qui potuit sua  
 Mandare seris gesta nepotibus.  
**F**atoque crudeli superstes  
     Dives inocciduam lucrari  
**V**irtute vitam: flumina non timet  
**L**ethæ, doctus figere lividas  
     Obliviones, nec severas  
     Horret Anus, faciemque lethi.  
**H**inc vivit argutæ fidicen lyræ,  
 Spiratque Flaccus laude recens nova,  
     Nec fama deletur Maronis,  
     Sed memori viget in papyro.  
**N**on ergò credas interitura, quæ  
 MARINE, sacro carmine concinis,  
     Angusta quamvis extet ætas,  
     Et celeres glomerentur anni.

Te

Te noscer acer Parthus, & Aethiops,  
 Te quos Araxes barbarus alluit  
     Discent, ab Afro clarus ibis  
         Usque Caledonios Britannos.  
 Seu quâ diei Rector ab Indicis  
 Aurata flectens fræna jugalium  
     Emergit undis, aut in æquor  
         Laxat equos, abeunte curru.  
 Näm Tu canoro blandius Orpheo  
 Lenire tygres, & rabiem potes,  
     Cursusque ventorum fugaces  
         Mæonio cohibere cantu.  
 Nec malim olorum grata loquacium  
 Lamenta, dulces & querimonias  
     Audire Mæandri fluentis  
         Proptèr aquam, viridesque ripas.  
 Nec talis olim carmine Tejo  
 Lauro decorus lusit Anacreon,  
     Lesboa nec tantum Puella  
         Pietias coluit Camænas.  
 Delenda nullis gloria sœculis,  
 Quam tu venustis carminibus paras.  
     Te tollat annosum per ævum  
         Fama loquax, memoresque fastos.



EIVS-

## E I V S D E M

O D E.

O Quæ decoro carmine concinis  
 MARINE, nostri gloria sœculi !  
 Te totus admiratur Orbis,  
 Et merito sonat aura plausu.  
 Ramosque laurus jam tibi debitiss  
 Inclinat altos Delphica frondibus  
 Nexura crines, jam Camænæ  
 Tergeminos tribuunt honores.  
 Et Fama ventis vecta fugacibus,  
 Cui lata centum guttura personant,  
 Atque ora centum, totque linguis,  
 Aethereum per inane Vatem  
 Nulli secundum te canit ; auream.  
 Seu dulcè pectis barbiton, aut lyra  
 Mulcere nos mavis loquaci,  
 Seu citharæ numerosiori.  
 Vel sacra fundis carmina maximi  
 Cultor Tonantis, sive levas viros  
 Virtute preclaros ad astra,  
 Quos memori sine vate lethum  
 Caliginosa nocte reconderet;  
 Seu luctuosas funere nänias  
 Componis aptandas amico,  
 Sive jocos leviore versu.  
 Manante nam Tu flumine plenius  
 Cui auxit imber plurimus alveum,  
 Latos superlabente campos,  
 Profluis eloquio discessus.

Non

Non ergo tantos infatiabilis  
 Obliviosa mortis edacitas.  
 Aetatis, annorumque lapsus  
     Obruunt, aut minuet labores.  
 Vives, poesi dante, perennius,  
 Quam si trecenas vulgus imagines  
     Tollens in altum Te superbis  
         Exprimeret solido ære signis.  
 Musis amicum fama vetat mori,  
 Praeterea, Lethe nec patitur nigra  
     Urgere dilabentis undam  
         Quos animo solidata virtus  
 Aeternat: ò quæ nunc tibi gloria  
 Referta honorum munera præparat  
     Mansura per fastos, & ævum,  
         Divitiis potiora, & auro!  
 Sed jam recurvis auribus insonant  
 Voces Nepotum, jam videor tuas  
     Audire laudes, teque cerno  
         Ire novum jubar intèr astra.  
 Jam, jam volatu nubila dividis,  
 Sursumque pennia duceris alite,  
     Sublimiores jamque sedes  
         Nunquam initas, neque vate prisca,  
 Virtute Princeps arduus occupas:  
 Jam luce fulges clarus, adorea  
     Sudore quæsita, & subactæ  
         Nobilis invidiæ triumpho.



AN-

<sup>360</sup>  
ANTONII VGQLINI.

Cum illusione ad Stemma Au-  
toris gentilitium , in quo  
Mare, & tria Sidera.

EPIGRAMMA.

**L** Egibus Astræam, plectro Phæbum, ore Minervæ  
Quam benè terna unus Numina juncta refers!  
**S**cilicet ista notat tria ternum Sidus, aviti  
Quod secura tui prospicit unda Mâris.  
**S**ed tantus tamèn unde dies? ubi sidera fulgene  
Nonne ibi nox tenebris incubat atra suist  
**A**st hic Romanis Aquilis mirabile lumen  
Hæc tua tergemini Sidera Solis habent.  
**A**eternum exoritur jubar hinc tibi; mergere triplex  
Se, FRANCISCE, tuo Sol nequit iste Mari.

AVGVSTINI DE LABONIA

In communis Patriæ benevo-  
lentiæ obtestationem.

*Epigramma.*

**T**E laudent omnes : nostrum nemo æquat amore,  
Laus impar meritis, noster & impar amor.  
D. FER-

D. FERDINANDI DE  
VLLOA,

Adolescentis, Hispana nobilita-  
te præclari.

*Epigramma.*

Quis novus hic veteres præstat dulcedine Cycnus  
Nectarum spargit quæ nova Musa melos?  
Nil mirum est. Alter Latio canit ecce Marinus  
Dulcior Hetrusco vate Latinus erit.  
Unus progenitus Cycnus hic de fonte Caballi,  
Una hæc descendit Musa canora Polis.

D. GALGANI BICHII,  
Nobilissimi Adolescentis.

*Epigramma.*

Ad illud Auctoris de Lucretia  
Romana.

Prima licet, Francisce, foret Lucretia forma,  
Attamen est Musis pulchrior illa tuis,  
Illam formosam tantum sceleratus amavit  
Tarquinius, laudans hanc modò quisquis amat,  
Illam Romanus potuit violare Tyrannus,  
Invidiæ hanc telis ledere nemo potest.  
Illa sibi valuit mortem confiscare ferro,  
Hæc æterna molli, te modulante, nequit.


# IOANNIS BAPTISTÆ VGOLINI.

**E** De, MARINE,tuos, quid cessas , ede libellos,  
 Quod mox admirans Orbis adoret opus.  
 Ede, quod imponat scribenti Epigrammata leges,  
 Quod fastidito ex Orbe tropæa ferat .  
**U**na suum tulerit grave, quòd superaris Alumnum  
 Bilbilis; at subicit Bilbilis ipsa caput .  
**I**nvidiam vicisse parùm est , sed grandius illud,  
 Scribentum votis imposuisse modum .  
**H**ec dat Avitus honor , terno cum Sidere Pontus,  
 Hinc tibi Apollo triplex,Castalis unda Mare est:  
**I**nde alios per te triplex Cynosura beabit .  
**Q**ui volet hæc, Pelagum naviget ille tuum.

## IOANNIS VGOLINI.

### *Epigramma.*

**C**ur Mare cū ternis tibi Stemmata fabricat à striis,  
 Convenit hoc meritis Stemma,MARINE,tuis.  
**S**cilicet ipse Maris Syren, innoxia Syren ,  
 Qui modulando rapis, sed rapiendo beas.  
**T**erna quid ostendant famulantia sidera, constat:  
 Sol es:cuncta solent sidera Sole et ahī.



363  
Illustriss. & Reverendiss. D.

FRANCISCO MARINO,

INSVLANO ANTISTITI

Disertissimè, & acutissimè Pio, qui  
Fortunatas verè Insulas detexit  
Poëtarum filiis,

Ubilegantiam, nitorem, & nervos  
Epigrammatici carminis hauriant;

Obsequii, & amoris Xenium.

JACOBUS LUBRANUS

è Societate JESU

D. D. D.

Epigr. I.

I Ngenii dos summa, piis decus addere Musis;  
Nuptaque Parthenio vincere plectra Stylo.  
Ipsa MALAM fileat LINGUAM, saniemq; jocosam  
Bilbilis; hic sordet turpis, unde nitet.  
Fama novū hoc mirare: Venus quod nulla MARI-  
Purius argutos eliciuisse sales. (NO)



Q 2

Epi-

## Epigramma II.

**P**laude Pudori castè sapient Epigrammata Cœlū;  
 Seria &c in lepidis Insula rebus inest .  
 Nullus ad incestos hic Pegasus hinnit amores :  
 Nullus ab Idalia pyxide fucus olet .  
 Nämpe virent Vati quæ Daphnide néxa Quirina,  
 Plus refuga à Phœbo carmina lucis habent .

**Iacobi Albani Ghibbesii ,**  
**Poëtæ Cæsarei Laureati.**

### Epigramma.

**P** Indica tot Vagum numeris respondeat Echos  
 Carminibus plaudunt Alta; MARINE, tuis.



FRAN-

365

# FRANCISCO MARINO

Musarum Coriphos;

Qui

Optimos quosque

Imitatione dum exprimit, gloria deprimit;

Cujus elegantia, fioribus, lepore,

Hetrusca, atque Latialis lingua

Eminet nobilitata,

Sacrumque Nomen

Quāquam Virtutis Noverca, ipsa veneratur Invidia.

Mitificos hujus Cycni cantus,

Fausto Ævi fato,

Excipit Immortalitas.

Optimè de Poesi merito

Minimum hoc maximi amoris argumentum.

Jo: Jacobus Lavania.

Ex addicissimis

Posuit.



Q 3

Lau-

# Laurentii Picchii.

## Epigramma.

**D**elineat exstinctum, vates, fugore MARINATIS.  
 En aliis vobis Parthenope gentit:  
**Q**uodque magis vestros debet sedare dolores  
 Utilior vobis illo ~~ad alia destra~~ ~~ad alia destra~~  
**H**etruscas tantum festivo carmine Musas  
 Illes hic Hetruscas, Romulidasque colit.  
**E**x illo molles tantum didicisti amores,  
 Sanctorum canit hic fortis gesta Virum.  
**Q**uare agè, ne rapidis abeant hæc levata ventis  
 Vota, fidem diuis adde, MARINE, meis.  
**A**uris, crede, tuos expectat Roma libelles,  
 Rumpe motas, partus ede, MARINE, tuos.

# Lucii d' Madera.

## Epigramma.

**P**Arthenope Statio gaudet, Venus inaque Tellus  
 Flacco: Nasone est Sulmo decora suo  
**A**st ego, quæ vatem genui Campana MARINUM,  
 Præcunctis meritum, grandius una sono.



Mau-

# Mauri Verdoni.

## *Epigramma.*

Quæ nova Cæsarei Syren Rubiconis in amnem  
 Castalium fundit? Num tua, Apollo, lyra est?  
 Quippè tua est. Rapuit lateri Sebethis, Alumno  
 Tradidit; hinc modulans corda, Marine, beas.  
 Fallor: Apollineo lateri sua fulgere Pleætra  
 Cerno, suumque diù pleætra filere melos.  
 Cujus at hæc, tangit docto quam fortè Marinus  
 Pollicet? Eam cœsæ manere dius Amor.

## *Ejusdem Epigramma.*

E De tuos, nàm Musa jibet, FRANCISCE, lepores;  
 Ede pios lusus, deliciasque novas.  
 Reginæ imperium, cithara num deside, falles?  
 Atque trahent longas dulcia metra moras?  
 Quid lyra, si reticet? lignum: quid mersus jaspis  
 Gange? lutum: Sidus quid sine luce? nigror.  
 Ede: an adhuc trepidas? Cineri si gloria detut?  
 At modò viventi gloria quanta datur?



F.Mi-

F. Michaelis de Carello,  
è Familia Dominicana Lectoris.

*Epigramma.*

A Dmitanda Chelys, quæ dicit ad æthera Musas,  
Queque novum supero miscet in orbe melos.  
Jam numeris duplicita suis, cum fænore reddit,  
Credita si fuerant quinque, talenta decem.

Illusterrimi Domini  
NICOLAI ANTONII  
DE THVRA,  
Episcopi Sarnensis:

Est Venus orta mari, salibusq; referta. MARINE,  
Dum canis, hinc Veneres fundis, & ore Sales.



Ni-

Nicolai Francisci Saulini,  
Academici Infœcundi.

*Epigramma.*

Pterides, gelidos Pindi jam linquite fontes;  
Quia mare nectareum est, ecce Marinus adeat.  
Monstra canora suis habuerunt funus in undis;  
At vitam ingentis haec Maris tunda dabit.

Pompeii Abb. Sarnelli,  
Cum Authori, ad Episcopalem  
Insulae Cathedram evecto,  
gratularetur..

S I mores, FRANCISCE, tuos sine crimine penso;  
Si lego divinos per tua scripta SALES,  
FRANCISCI videot vivam spectare SALESI  
Effigiem, cordi quæ mihi semper erit.  
Una tibi deerat, qua fulserat ille, Tiara;  
Accedit meritis ecce Tiara tuis.  
Debita FRANCISCO fuit Insula; digna MARINUS  
INSULA? sic omen Nomen utrumque tenet.



Tb.

# Thomæ de Madera.

## Ad Lectorem.

### O D E.

Exspectatus ades, prodiit en liber  
 Authoris placidi vigremio precum;  
 Lector candide plaudis;  
 Sin laudem cohibes, niger,  
 Immensum secus, hunc agmen Apum volant;  
Quæ jussis vicibus spicula Zoilis  
 Armant sectas benignis,  
 Præbent mella legentibus.  
 Hunc jugi folio Mercurius tenet,  
 Plaudenti Citharam qui tibi portigat;  
 Battum norit, & Argum,  
 Batti finis, & Argi erit.

### Ejusdem.

#### *Epigramma.*

TAM benè cum scribas; & dulcia verba loquaria,  
 Non benè cognomen Doris amara dedit,  
 Cœlestem potius debebant dicere; quippe  
 Aethereis undis orta Camœna tua est.



Thos:

# Thomæ Severini.

## *Epigramma.*

**T**ANGE, MARINE, lyrā, Calabri nova gloria mūdi  
 Plectra per argutam gemmea tange Lyram.  
 Semina(lætus agas) quæ divite spargis ab ore,  
 Et pretiosa seris, secla beata legent.  
 Quæ primam Campana tibi dedit inclyta lucem,  
 Sevit & armonicum, metra canora, sonum.  
 Hinc canis excuso diuos Heroas honore;  
 Texis & ad summam sceptræ suprema mitram.  
 Sævior arma Maro cecinit, Sylvæisque; MARINUS  
 Dulcior urbanam, castra Serena, togam.  
 Mantua læta suo foret; & Campana Marino;  
 Læta vel alterutro quæque Matone foret.

## *Ejusdem.*

**I**uncta stylo texis moralia dogmata Sacro,  
 Et Sacra Morali dogmata juncta stylo.  
**H**oc Augusta decet venerandi templa Pudoris.  
 Pendeat horrendis hoc anathema tholis.  
**S**unt hæc innatae dictamina casta Thaliæ,  
 Unde pudica Sacer metra, Marine, fragras.  
**I**ntus alit, sanctusque ciet tua pectora Phœbus,  
 Qui tibi matrem, qui tibi præstat opus.  
**B**ilbilis Ascræo fælix eat altera plausu;  
 Sed pennatus ubi nullus adhinnit equus.

F I N I S.











